









HISTORIA PLERARVNQVE PARTIVM HVMANI CORPORIS, MEMBRATIM SCRIPTA, ET

in vsum tyronum retractatius edita,

A

SALOMONE ALBERTO, MEDICINÆ Doctore & Professore eius publico.



ILLVSTRI GENEROSO ET INCLYTO DOMINO *OTHONI*, Comiti in Solms, Domino in Muncenburg & Sonnevvald, Domino suo clæmentißimo.

Salomon Albertus Noribergensis salutem, id est, in Christo summam felicitatem dicit.

MIRIFICE FORmatus sum in inferioribus terræ, id est, in vtero matris, exclamat in Psalmo Dauid: neque αἰεμφάτως: Etenim plus quàm significante

 verbo

verbo רֻקַּמְתִּי eo loci vtitur, διάπλασιν
nostri ijs assimilante vestibus, quas Idæi
Phryges inuenére, indeq; Phrygiones appel-
lati sunt: quòd acu variè pingere eas atque
intexere, segmentisq; aureis sericisué additis
exornare solerent. Quò & nos aliquan-
do respeximus, cum architecturam aranei
(vnde erudita texendi operatio primùm
putatur defluxisse) quoddam quasi ἐκμα-
γεῖον statueremus primæ delineationis ani-
mantis in vtero. Is nanq; de lanigera fer-
tilitate, quam intrà se habet, texere didicit,
artemq; eam primus exercuit, ad cuius in-
star Natura non solùm artificiosa, sed planè
artifex in vtero matris, dum fundamentum
nostri ponit, telam è genitali semine exor-
ditur suam, pictura prorsus textili. Hio-
bus quæ sit ὕλη τῆς γενέσεως, id est, homini
generando materia, paullò rudiùs quidem
persequi videtur, sed quam tamen ipse spe-
cie luculenta nequaquam destituat: vt licet
pertenue sit rudimentum nostri, non ta-
men fribolum Plinio debeat existimari. Ver-
ba Hiobi hæc sunt: Velut lac mulsisti me,
& tanquam caseum coagulasti. Quid
quæso lacti similius, quàm semen est? quod
verè è maribus emulgetur, coaguliq; modo
in sese glomeratur in vtero: à quo deinde
tempore

tempore ipſo negocioſa Natura ſerum, tanquam nimis fluxum, atq; operæ cultusq; negligens ſecernit, reliquum quod ſpiſſius eſt, atq; interim ſequacius, ſibi ſeruat, inq; eo ſcitè fabreq; fingendo corporandoq;, demùm & ſpiritu vitæ immortali animando occupatur. Huius tàm diligentis fabricæ humani corporis, ſi ab oſſibus ſolùm diſceſſeris, propheta Ezechiel αὐτόπτης fuit. Vidit is ἐν ὁράσει καὶ ἀποκαλύψει θεοῦ, quemadmodum oſſa, quæ iam modo exaruerant, diſſerta fuerint atq; digeſta, ſuum vnumquodq; in locum, inuicemq; ſibi adaptara in compagines artuum conuenerint: mox vt neruis aſtricta ſint, carneq; induta ſua, & ad decorem inueſtita cute: tandem quomodo ſic repentè formatis, & in habitus humanasq; ſpecies figuratis corporibus, aſt etiamdum exanimis, ſpiritus, qui circumferret ea, ſufflatus ſit: quod ſpiritus poſtliminium in priſtina ingredientis corporum ergaſtula, vt & cætera ſtructura partium, τῆς ἀναβιώσεως ἢ ἀναστάσεως exemplar fuit ſolidum atq; expreſſum.

Et hæc quidem eò pertinere volumus ſingula & vniuerſa, vt teſtatum fiat, quanta inſit admirabilitas fabricationi noſtri cor-

poris, operis præclariſſimi: in quo ad vim incredibilem, ad artem atq; ſapientiam eius, qui ipſum condidit, declarandam, vel vna pars ſatis eſſe poteſt, extrinſecùs ſolummodò aſpecta, eademq; minima: quando rerum Natura nuſquàm perinde tota eſt, atq; in minimis; & quanto vnumquodq; minutius fuerit, tanto maiorem admirationem excitabit. Documento vel machinator ille fuerit, qui in exiguo annulo Phaëthonta, quatuor inuectum equis, artificio & ſpectaculo incredibili ſculpendo ita expreſſerat, vt ægrè quidem propter paruitatem cerni ſingula, at cerni tamen ad claram conuerſa lucem poſſent. Nihil ergo dici veriùs potuit, nihil omninò ſcitiùs, quàm quod cuidam barbaro, quiſquis ſanè ille fuit, ſi modò fuit barbarus, à nonnullis aſſcribitur; qui interrogatus à quopiam, quid in hac mundana ſcena arbitraretur maximè ſuſpiciendum admirandumq;, ſubieciſſe fertur, hominem, vtpote θαῦμα θαυμάτων: quem Plato propter maieſtatem naturæ, præcipuè verò mentis, qua nobis cum cœleſtibus agnatio eſt, quaq; nihil homini dedit Deus ipſe diuinius, θεῖον θαῦμα nuncupauit. Nec enim hamatorum vncinatorumq; corporum interiecto inani

inani concretorum turba hominem confe-
cit, quæ magnus ille Democritus rerum o-
mnium ſemina atq; elementa aſſtruit. Neq;
figura aut ſitus, aut εὐχρηςία ſiue vſus
membrorum, neque vis talis ingenij, aut
mentis tàm politè, tamq́; ſubtiliter effici
fortuna potuit, ſed quadam machinatione
atq; ſolertia à parente illa rerum omnium,
& magiſtra Natura, per quam intelligitur
effector mundi, molitorq́; Deus. Scilicet
huius πλάσμα homines ſumus, non fortu-
næ opus: huius character & ſigillum, ac
quaſi radius, quem nomine proprio Moſes
vocat imaginem, nempe innuens, archety-
pum rationalis Naturæ Deum eſſe, nos ve-
rò eius effigiem, quam licet ruina noſtri ge-
neris obſcurando admodùm labefactârit,
non tamen ita penitùs exſtinxit, quin ali-
quid de forma cognationis, quæ nobis cum
Deo intercedit, adhuc retineamus.

In harum rerum conſiderationem cùm
peſtilentiſſimo tempore, quo hæc erudita
Lyceîa propè vaſta erant atq; deſerta, paullò
altiùs deſcenderem, inq́; contemplatione
hominis, qui verè miraculum eſt naturæ
vniuerſæ, totum me ponerem: arbitrabar
equidem precium operæ me facturum: ſi

de partibus humani corporis, earumq́; vti-
litate (cuius πραγματεῖα θεολογίας ἀκρι-
βοῦς ἀρχὴ Galeno noſtro conſtituitur) ali-
quid elucubrarer: idq́; in gratiam iuuentu-
tis ſcholaſticæ, quam quidem, vt Philoſo-
phiæ, & totius Naturæ ſcientiam ſibi com-
parare queat, hiſce ſacris oportet initiari.
Quare ſeuocaui me ipſe quoq; à luis conta-
gio, inq́; Ammonianum meum, quod eſt
extrà vrbem, ſeceſſi: vbi in ingrato illo
ſcholæq́; funeſto ocio hanc partium hiſto-
riam ex palinxeſto cœpi condere, Deoq́;
vouere velut bonum quendam ἐπωδὸν,
qualis olim Muſicorum fuit, quo ſtantes
ante Deorum aras canebant, hymnis Deos
celebrantes: aut qualis Poëtarum Lyrico-
rum ϛροφὴ καὶ ἀντιϛροφὴ.

Cæterùm cum extremum hoc mundi
fermè præcipitantis ſeculum ad obtrectan-
dum nimis quàm procliue ſit, atq; immi-
nentium iudiciorum exſpectatio multò
profundior, quàm quæ exhauriri à quo-
quam queat: diſpiciendum mihi iudicaui
de aliquo tutelari, cuius fidei atq; clientelæ
hic liber committeretur.

Te autem præſide *OTHO* Comes il-
luſtris & generoſe, Domine clæmentiſſime,
hunc

hunc lucubrationis meæ laborem, qualis is cunq; eſt, prodire in lucem potiſſimùm volui, quòd ſic perſuaſum haberem, ex illuſtri nomine tuo genium ipſi conciliatum iri: quippe ideo plus habere momenti videntur multa, quoniam ſunt principibus viris dicata. Adhæc clàm me non eſt, quàm cupidè, & qua iudicij dexteritate in conſideratione contemplationeq; Naturæ verſeris, cui tantum cotidiè impendis temporis, quantum à ſtudijs grauioribus ſubcidere, & imprimis verò ab hiſtoriarum lectione ſuffurari tibi licet. Quorſùm enim nupera iſta tot cauſſarum latentium inueſtigatio? Quid ſibi in menſam aduocata illa ἀσιτία παραδοξοτάτη, & captum omnem excedens eſuries puellæ, quæ, ni fallor, triennium, aut eo amplius, vitam impaſta traduxit, quam generoſa & pijſſima mater tua ſemel atq; iterum odoribus refecit? Sanè teſtari ipſe poſſum, toto tempore, quo iſthic eſſem, ab illuſtri menſa tua ſobriam philoſophiam nunquam exulaſſe, neque etiam alumnas eius. Suppetebat abundè problematum, quibus fercula tibi ipſe condires. Sed obijciat aliquis, heus tu bone vir, quid ad Bacchum iſthæc? Immò certè decoro conuiuij maximè reſpondet, dum corpus

pascitur, animum genio suo non defraudare: quod equidem fieret, si studij atq; doctrinæ pabulum ipsi deforet. Quare neq; prorsus à Musis, neq; à Baccho (vt habet prouerbium) aliena ista debent videri. At enim nec ludicra atq; gesticularia Lynx tua mihi hîc prætereunda silentio, quæ abs te cicur, & popularis, & homini adeò amica reddita est, vt sine eo vix momento esse sustineat, cæteroqui societatis atq; commercij nescia: idq; partim ὁμοφυλίᾳ, quando cum homine veluti tribus gentisq; eiusdem degit, partim accurata nutriendi disciplina: Vtraq; quicquid inditum Natura sanguinarium ferumq; fuit, id omne sensim oblitteratum est, atq; ipsa adeo τοῖς ἀνθρωπίνοις ἤθεσι συναναχρωννυμένη, hoc est, humanis moribus quasi concolorata atq; afformata. Mitto Castorem & pugnam, quæ ipsi cum animantibus cæteris iucundissimo sanè spectaculo nuper commissa est, & multa hoc genus alia, quæ abundè testatum faciunt, quantopere aueas iura Naturæ, etiam quæ à vulgari intelligentia remota sunt, pernoscere. Proinde verendum non erit, ne quis vitio mihi vertat, quòd sub illustri nomine tuo in aspectum lucemq; profero è medio Naturæ sinu detextam hanc par-

tium

tium humani corporis historiam, in qua, quod verbis & dictionibus assequi mihi non licuit, id coloribus & figuris conatus sum vtcunq; exprimere atq; repræsentare, vt tyro adeo in hanc, vt ita loquar, scenam productus, non solum lector, sed idem spectator esse, & historia ipsa meritò picta dici queat. Cumq; hæc, vt cœpi paullo antè dicere, à me in laudem sospitatoris, & vnici ἀλεξικάκου Iesu Christi, tanquam Gratiarum ara condita sit, ad memoriam meæ meorumq; salutis tempore illo pestilentissimo diuinitùs assertæ sempiternam, summisè abs Tua Illustri Generositate peto, vt in locupletissimam penum suam librariam, quæ magno iudicio à præstanti viro Theophilo Dasypodio, L. L. Licentiato, & T. Generositatis consiliario nauo atq; industrio, de lectissimis libris instructa, inq; ordinem decenter digesta est, cooptare ipsam dignetur. Locum conuenientem Theophilus ipse assignabit, qui qualis qualis fuerit, æqui boniq; consuletur. Est enim profectò aliquid, atq; multum adeo, in tam illustri & splendida Bibliotheca, vnde decus constare tibi poterit ad seram posteritatem, vel extremum locum occupare: quæ vt librorum multitudine nonnullis in Ger-

mania

mania cedat: at bonitate tamen, qua vnica tanquam regula ſupellectilem librorum metimur, certum eſt multas ſuperare. Neq; enim tàm refert, quàm multos libros, vt quàm bonos habeas.

Perſcribebatur Vitæbergæ
X V. Calend. Aprilis,

Anno

Ieſu Chriſti

M. D. L X X X V.

EPIGRAMMA.

REgis habens nomen Salomonis, Apollinis artes,
(Huius enim inuentum carmen & herba fuit:)
Corporis humani digeſsit in ordine partes,
Quæq; ſit his ſpecies, vis ratioq;, refert.
Quid ſua præ reliquis hac præſtet in arte facultas,
Qua noua non notis lux data rebus ineſt:
Vel pars ſola probat, qua cauſſa eſt reddita ſenſus,
A quo ſuſcipitur quilibet aure ſonus:

Quaq;

Quaq́; docet caussas, ac instrumenta loquelæ,
Et vox quos fines articulata tenet.
Est sua Germanis etiam experientia rerum:
Patria sed natis est minus æqua suis.
Quid tum? vera suo contenta est lumine virtus,
In qua ceu speculo cernitur ipse Deus.
Perge tuis operis artem illustrare medendi,
Cunq́; homo sis, homini sis Deus artis ope.
Nam quæ laus homini poterit contingere maior,
Quàm virtute Dei quòd sit imago Dei?

Johan. Maior D.

Galenus lib. de fœtuum formatione affirmat,

Κατασκευὴν τοῦ σώματος ἡμῶν, ἄκραν ἐνδείκνυσθαι τοῦ ποιήσαντος αὐτὸ σοφίαν τε ἅμα καὶ δύναμιν.

Fabricam noſtri corporis ſummam opificis & ſapientiam & potentiam præ ſe ferre.

HISTORIA CAPITIS.

CAPVT EST HVMAnæ fabricæ culmen atq; fastigium, orbi simile, quo sensuum arx, & ignis ille diuinus ratio & mens, acris & vigens, & sagax, tanquam cœlo tegitur: in hoc regimen est totius animantis: illic animæ secundùm Platonicos sedes est, indeq; deriuatur atq; influit in corpus reliquum, quod ita moderatur ratione vniuersum, nutuq; regit atq; dispensat, vt in qualibet regione membrorum præsens esse videatur. Datum capiti nomen est, vt quidẽ Varro ad Ciceronem scribit, quòd hinc capiant initium sensus ac nerui. In hoc religio, & quoddam inesse numen fertur: ea

propter ibi honorum insignia, & diademata regum esse voluêre.

Cerebrum calua munitur ossea, eademq; sutili, & transpirationi perquàm opportuna. Cum enim caput velut caminus sit vniuersi, immò cucurbitulæ instar insideat trunco corporis, sorbet ab infernis, quicquid volatile est, nempè exspirationes omnis generis: quarum exhalationi nisi dehiscens calua vsq; pateret, certè abesse non posset, quin assiduis haustibus Cerebrum inebriaretur. Viscerum vt excelsissimum, ita humidissimum & frigidissimum Cerebrum est, homini portione maximum, eò quòd operationum varietate nobilitateq; vincat, vnum de principijs. Principia autem dicuntur ea, quæ virtutem, aut succum perfectum ex sese promunt, conseruationi corporis vniuersi, vel certè speciei necessarium. Sic Cerebrum principium est spiritus animalis, cor promtuarium vitalis, epar officina sanguinis, testes genitalis seminis.

Sum-

Summa pars caluæ paullò profundiùs orbiculatim resecta.



CAluariæ suum περικράνιον (quod periostij ritu obit eam) ad aspectum suturarum abstraximus. Non est integra calua, sed de compluribus ossibus more dentatæ serræ pectinatim compacta, acceu ferruminata. Suturæ ita consertæ atq; commissæ, spiracula sunt Cerebri, inter quas Coronalisquidem α fronti superposita est. Eius medio rectà insistit veruculata siue sagittalis β, perticæ modo per verticem producta. Locus, * quo hæ inuicem ad obtusiores angulos vna alteri innituntur, adeò tener in

infante eſt, vt micationem arteriarum
præſentet, & iuxta formulam earum vici
ſim ſubſultimq; vibretur: quem moueri
iam inter mandendum Galenus conſpex
Plinio palpitans vertex eſt, ſummæ int
cuncta animalia imbecillitatis indiciu
Barbari ab vuido madore, & pulſu, Fonte
pulſantem, teutones Foliolum indigitar
Poſtremò omnium oſſeſcit, ſignum ia
conſummati virium roboris. Huic loc
cauteria & candentem ſartaginem ad crin
vſtulandos impingimus, quem in viuis d
ſignat aut medius digitus, radice palmæ a
intercilium poſita, aut vola manus, ſi ten
riorum corporum vertici admoueris, vtra
que maxillarum interim mordicùs ident
dem ſtricta. Sutura λαμβδοειδὴς γ exaduer
ſo coronali ſita, occiput circumſcribit. E
nonnunquam ingeminata excludit in me
dio ſui trique- trum oſsiculũ
quod præter cætera capiti
oſſa, neſcio quam vim mi




rificam aduerſus comitiales obtinet, idq; in
dultu familiæ Paracelſi: quod de oppoſit

oſsi

[...]sis parte, coronalem describentę suturam, [...]ostri affirmare audent. Vtrunq; suæ cu[...]isq; experientię cõmittimus. Quæ præterea [...]trinq; ad aures obiacent δ, non tàm suturæ [...]nt, quàm imbricata potiùs agglutinamen- παράλληλα, id est, à sagittali paribus spa[...]js distantia. Suturas spurias vocare solent.

Conuexa crassæ meningis superficies, vt resectæ parti caluæ suberat, cum ternis sinibus, & torculari conspicua.



Cerebrum duabus suprà subterq; membranis velatur, quarum alterutram rumpi lethale putatur: Omenta eas Macrobius nũ-

cupat: Exterior crassa, subtensa crani
passimq;, vt sic dicam, subsuta, sedibus qu
busdam nobis exhibet quaternos sinus, qu
sunt vasorum ceu vicarij, riuos sanguin
& spiritus quoquouersum ad irrorandum
cerebrum vehentes, vtribus culeisúe, qu
bus vina elutriari solent, non absimiles
excepto, quòd eorum capacitas passim tr
angularis, non autem teres est. Bini late
rales sunt ζ η. qui exorsi à sexti coniugij ner
uorum cerebri foramine, sub occipite fe
runtur, vsq; dum coalescant, quod fit in e
latissima cerebelli sede, qua id occipitis o
contingit. συνδρομὴ ea siue coalitus duo
rum sinuum θ torcular nuncupatur. Estq
velut cisterna, in quam commeatus sangui
nis & spiritus vitalis, è iugularibus vasis
corriuatus, prædictis sinibus tanquam eli-
cibus confluit: inde exoneratur partim in
sinum tertium ι, sub sagittali sutura antror
sum adusq; diaphragma, cuius ope forami-
na ossis ἠθμοειδοῦς ad summitatem narium
intersepta sunt, pertinentem: partim deor-
sum in quartum κ (quem in figura sequenti
seorsim

seorsim adumbrauimus) via recondita, eaq́; breuissima: qua sepimentum (cuius intersectu cerebrum à cerebello diremtum est) velut acto cuniculo perforat. Hic postremus clunibus cerebri finitur. Venæ λ in duram cerebri membranam sparsæ sunt.

Figura quartum sinum × *integrum, cæteros autem dissectos exhibet, propter orificia vasculorum, quæ ex omnibus sinibus quaquauersus educuntur.*



CErnere est ad latera sinuum crassæ meningis innumeras venulas, passim emergentes, quæ in tenuem membranam deinceps propagantur: per quarum oscula

 stillans

ſtillans ſanguis in cerebrum diditur. Repti-tias meo arbitratu appellare licet, à reptatu clandeſtino, quo traiecta meninge tenui capillares fibrillas, quibus radicantur, in medullam cerebri penitiorem defigunt: quod obſeruauit Fallopius, & cruenta illa ϛίγματα videntur atteſtari, quibus cerebri ſubſtantia in ijs, qui vel phrenitide, vel gula laqueo fracta periere, inſignita eſt.

Præterea craſſæ meningis duo ſunt proceſſus, Vnus μ κατὰ μῆκος cerebri, proximè ſub vertice, aut veruculata ſutura, ſimilis falci, qua ſegetes demeti ſolẽt: quem hîc è ſede ſua in ſiniſtram cerebri partem ſummouimus. Alter ν κατὰ πλάτος eiuſdem




eiusdem αἰώνυμος: quo interfinium cerebri & cerebelli in postico sub lambdoide constituitur, in altum hîc sublatus: priore illo cerebrum in dextrum & læuum, hoc verò in anticum & posticum, non tamen penitùs, sed magna sui parte, ferè vt pulmo & iecur in lobos, dirimitur: interim corpus cerebri ad basin continuum est. In deiectu illo, qui dextræ & sæuæ cerebri parti interpositus est, callosum corpus ξ terso candore suo sublucet, limes duorum ventriculorum cerebri.

Cerebri pars dextra ο, læua eiusdem π, tenui meninge circumdata, à qua vasa cerebri perinde vt à chorio vteri sustinentur, vnde χοροειδὴς dicitur. ρ Mæandri siue gyrati anfractus cerebri, in quos tenuis meninx se se altè admodum insinuat. σ Elatissima pars cerebelli, à cerebro nihil dissidentis, nisi quòd callosa duritie præditum, & loco gyrorum, quibusdam versibus striatum est.

Calua, & parte cerebri, quæ subest ei, remotis, iam porrò alia occurrunt, notatu digna.

Ac foris quidem velamina siue matres cerebri, in decusses desectæ propēdent: quarum 7 exterior Dura, υ interior Pia appellatur. Cranium hoc loci φ iuxta sedem superciliorum natura diffidit in duas tabulas, quarum externam lues venerea nonnūquam exest, ac tùm inter sternuendum illâc animæ iter est. Tabulis magna sæpenumero cauitas * intercedit ad os narium deuexa, quam infercit tenax quidam mador, elaborando ad odorandum aëri, vt videtur, appositus. Consentaneum vero est, aliquid atq;



mul-

multum adeò humoris per abditos interioris tabulæ meatulos siue recessus transcolatione quadam inibi colligi, tractuq; temporis vitiari posse: Vnde existunt postea cruciatus illi ὀστοκόποι, quibus nihil videtur esse dirius, non raro statis repetentes circuitibus. Galenus duabus Caluæ tabulis siue laminis, superiori & inferiori διπλόην interlocat, ceu quoddam discrimen, cauernosum illud, pumicisq; æmulum, quod naturæ mediæ inter superum & inferum os, à durissima & densissima in molliorem σύστασιν degenerat. Sanguine ea farcta est, scaturiente è venis tenuioribus illic discurrentibus: qui tum emanare solet, quando terebra ἀβαπτιστος per Cranium intrò adigitur. In hoc meditullio frustrà quæruntur σαρκία siue carunculæ quicquid argutetur Fallopius peritissimus rei anatomicæ.


χ Cutis capitis in occipite longè crassissima, eoq; nomine interiorum exhalationi minùs peruia, quæ coërcita diutiùs, vbi ad naturam redierint, distẽdendo dolorem inferunt, à vulgo Crinalem dictum, qui sæpè

πρόδρομος

πρόδρομος esse arthritidis solet. Hoc enim ex fonte Fernelio superuacui humores, per summa corporis sub cute iter sibi aditumq; molientes, ad artuum compagines defluũt. ψ Vestigia notat cerebro impressa ab altiore tenuis meningis in substantiam eius ingressu: ω Medullaceam substantiam cerebri. *a* Septum lucidum seu speculum disterminans duos anteriores ventriculos, antrorsùm porrigitur. Pars id est callosi corporis ξ sursùm reiecti, & testudinis *b*, quorum illud suprà est, hæc infrà tertio ventriculo obiacens, fornicis in modum arcuatur, quò superstructam cerebri molem faciliùs sustineat. Priorum ventriculorum cerebri [1] dexter, [2] sinister: Vterq; forma semicirculi lateribus septi assistit, animalis spiritus, de vitali atq; aëre naribus hausto nuper in plexibus secundas referentibus *e* incohati, ἐργαστήριον atq; conceptaculum. Ventribus obliquè insistunt prius dicti plexus seu textus venarum & arteriarum labyrinthei, vtrinq; singuli *e* colore saturè rubro. Græci πλέγματα ἢ συστρέμματα χοροειδῆ nominant, perperàm

peràm autem δικτυώδη, siquidem rete arteriarum admirabile in hominibus non reperitur, & in cæteris animalibus, alio situm est loco, nimirum ad latera κλινοειδῶν ἀποφύσεων, id est, lectuli ossis cunei.

Septo iam sursùm eleuato paullò conspectiora fiunt primùm testudo *b*, cameræ modo exstructa ac tribus quasi columnis suffulta, quam ab anterioribus retrò euertimus: deinde intricatus plexus secundarum, id est, inuolucri fœtus æmulus *c*, in vtrumq; ventrium sese obliquè penetrans. Is conflatur partim è vase *d*, quòd à quarto duræ membranæ sinu enatum,




c

mox variè fiſſum in ramulos, ac rurſus inſtar reticuli cuiuſdam in ſe collectum, ſub teſtudine prorſùm in interiorem tertij ventriculi ſedem fertur: partim, & quidem maxima ſui portione ab arterijs *e*, quæ germina ſunt ſoporalium, inferiorem ac poſteriorem ventrium anteriorum ſedem conſcendentibus. Vbi vas nuper dictum bifurcatur *f*, ibi meatus ex communi cauitate ventriculorum dextri ac ſiniſtri, hoc eſt, è tertio cerebri ventriculo rectà decliuis ad peluim pertinet. Ex bifurcatione ſiue diuortio emergunt venulæ *g*, quæ ventriculorum ſubſtantiæ obnaſcuntur. Cætera habet hæc figura cum antecedenti communia.

Sequens figura ſub aſpectum vocat quatuor ventres Cerebri, priores duos, quartum poſtremum, & his interiectum tertium, vnà cum ſuis ductibus & corporibus obiacentibus.


3. Ter-

3. TErtius ventriculus ſub calloſo corpore aut opere teſtudineato, tutiſsimè ad confinium anteriorum ventrium reconditus, nihil aliud eſt, quàm communis lacuna, in quam ventrium priorum vterq; 1.2. humiliore ſui ſede dehiſcens commeatum ſpirituũ deponit. Biforis autem eſt, geminos de ſe proferens ductus, ob ſeparatam atq; reuulſam in ſiniſtra ſubſtantiam cerebri ♂ admodum conſpicuos: quorum vnus ſub ♂ prorſùm decliui itinere ad baſin cerebri deſcendit, expuens eò illius ſuperuacua, à qua prouincia iure ſecerniculum dixeris. Alter canalis ſub *h* retrò in quartum ventrem dirigitur atq; abſumitur.



Exqui-

Exquiſitiùs autem itinera geminorum ductuum explorantibus multa obueniunt peculiaribus inſignita nominibus: & quidem in decliui illo itinere priore ad baſi cerebri eſt peluis *i* dicta, velut vtriculi quidã, ſeu tenuioris meningis, (per quam tanquam manicam Hippocratis, aut ſac cum pituita colatur) ſeu cerebri ipſius portiuncula, ab aſsiduis pituitæ decurſibus a modum infundibili ſuprà quidem ampliùs laxata, infrà verò in collum procerius deorſùm turbinata. Ei



ſubſternitur in ſella oſsis cunei glans pituitaria *k*, carne poroſa & bibula, illuuiei excipiendæ peridonea, quam tamen ob exiguitatem minùs diu poteſt retinere. Proinde in quatuor deriuat canales, quorum duo *l.m.* retrorſùm viam capeſſunt ad palatum: totidem *n.o.* ſub oculorum orbita ad nares, vt inde poſtea exhauriatur. Scilicet hæ ſun

ſunt aquoſæ pituitæ ab Cerebro emunctæ deriuacula. Pars eiuſdem pituitæ in lacrimas abſumitur, calore cerebri priùs fuſa, & imprimis autem à perturbatione cordis incitata.

In altero itinere, quo ad quartum retrò dorſalem medullam verſùs pergitur, occurrit glandula coloris à cerebro diuerſi id eſt, palearis ſiue pallidi, figura nucis pineæ *p*, vnde nomen ei κωνάριον, quæ cerebro obiter duntaxat, hoc eſt, vix ac ne vix quidem obhæret, fornici paullò poſteriùs allocata, quàm vt meatum tertij ventriculi ſub *h* ad quartum 4 poſsit obthurare. Ita nimirùm liber patet ſpiritui animali, è prioribus ventriculis in tertium, & hinc deinceps in quartum aditus. Conario à tergo vtrinq; contigua ſunt gemina corpuſcula *q*, pomorum ſpecie audentiùs protuberantia, ac rotundata, tenui præcincta membrana, coloreq; ſubflaua. Quo loci autem attingunt ſe inuicem terna hæc corpora, quidam quaſi deiectus excluditur, quem Realdus Inguen muliebre ſanè quàm eleganter exprimere ait, vuluæq; ſpeciem mentiri. Verſùs poſterio-

ra transuersim è corpore calloso limbus circumfertur, qui dictis corpusculis accumbit, sulculo duntaxat ab ijsdem disclusus. Hæc corpora ita desuper impendent, vt canalem posteriorem tertij ventriculi in quartum efforment, inq; eo saluum conductum spiritui præbeant. Singulis artificum filij (qui soli penè in hoc erudito anatomiæ puluere primùm exerciti sunt) nomina pueriliter indidère sua, ab ijs rebus, quibus cum similitudinem habere viderentur. Sic glans *p* peni, adiacentes ei eminentiæ *q* testibus, deiectus qui ex accubitu trium corporũ relinquitur, vuluæ, limbus deniq; *r*, vnà cũ exitu canalis in quartum ventriculum, ano siue cluni forato respondet. Obtinuit igitur, vt ijsdem nominibus insignirentur.

Scilicet hæc vtriusq; sexus ludibria in Cerebro adumbrare Naturæ placuit, quæ ipsa nonnunquam in γυναν́δροις & hermaphroditis, seu errore, seu potiùs luxurie, tàm proprij vigoris, quàm genitalis humoris, ad vnguem exprimit: etsi Plato in Symposio iam olim defecisse putat hoc genus hominum naturæ ancipitis, neq; quic-


quicquam restare nobis præter infame nomen.

Quartus ventriculus 4 statim à clunibus siue natibus init, cerebello & dorsali medullæ communis. Ita autem incohatur, vt à principio paullùm amplior sit, ad liberaliorem spiritus influxum, in itinere propiùs medullam dorsi sensim arctetur, donec tandem ad cerebelli præcipitium in acumen rostri desinat, ad instar calami, qui ad scribendum attemperatus est. *s* Hac parte dorsi medulla cerebello continua est. Medulla dorsalis *t* riuus est cerebri, ope succenturiata vices eius gerens in trunco corporis. In eius medio lineam *u* rudiùs duximus, qua non secus ac cerebrum bipartitò dispescitur vniuersa, quod licet in assa vel elixa deprehendere. Ex hac διαιρέσει palàm fit, cur in paralysi offenso vno latere, alterum saluum perstet, & à noxa omninò immune.

πυραμοειδὴς *oculi figura, cuius basis extrorsùm est, conus introrsùm ad neruum opticum.*

 Oculi

OCuli totius corporis ſpeculatores ſunt & organa cernendi, altiſsimum locum obtinentes, quippe quædam ceu κάτοπτρα mentis. Hanc enim detrahe, & quis erit oculorum, immò cæterorum ſenſuum omnium vſus? Qui vt mente ad ſuum quidem opus nil indigeant: tamen niſi præſtò ea fuerit, huc intenta, nullus ſenſuum vllam vim efficiendi, habebit, vt rectè dictum ſit: νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δὲ ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά. In oculis ergo animus inhabitat, & profectò feneſtratus eſt: in his natura hominis ac tacitus ſermo exprimitur. Nam cordis nuncij ſunt quorum tùm intentione, tùm remiſsione, tùm coniectu, tùm hilaritate motus animorum præſentiuntur. Hi lucis vſu vitam diſtinguunt à morte. Conſtituuntur ex humoribus, tunicis, & muſculis. Humorum tres ſunt: ὑδατώδης ♂ ab aqua dictus: ὑαλοειδὴς ♁ vitro fuſo ſimilis: quorum ille anticum, hic poſticum obtinet. κρυϛάλλινος □ centrum propè occupat, velut anima oculi, glaciem



glaciem concretam referens, quàm proxima crystalli similitudine, ac in vitreo velut innatans, in quo vel præcipua Naturæ architectrique vis.

Octonis membranis opifex oculos vestiuit & sepsit, tenuissimis quidem illis, at firmis tamen, vt continerentur. Prima & extima earum Annata [1] vocatur, cuius ope oculi adhærescunt, ne exorbitent. Proxima [2] sub ea, constituitur à tendinibus siue neruosis exilitatibus musculorum, αἰώνυμος. Ambæ finiuntur in iride Δ.

Tertia 3 anteriore ſui parte, qua Iride circumſcribitur, aſsiduo humore terſa purè nitet, atq; inſtar cornu pellucet, cuius duritiem etiam in noctua ſtatim ab Iridis circulo retrò æmulatur, vbi ex contabulatis laminis inuicem ſibi quadam ſerie applicatis condita cernitur. Poſteriore *A* paulò craſsior eſt & opaca, quæ propterea σκληρὰ nuncupatur, ſicut altera illa, κερατοειδὴς. Quarta 4 acinum vinaceum exprimit, aut folliculum eius, cui auulſus eſt pediculus, introrſum ad *B* compreſſa atq; feneſtrata, vbi acies cernendi eſt *C*, quæ pupilla vocatur. Quinta 5 velut oculi diametros eſt, ſuccinctu ſuo medium penè diuidens in duos ſemiglobos, quorum anterior paullò minor eſt. Interſtitium vulgus nominat, quo aqueus & vitreus diſparantur: idemquè Ciliare, quoniam ex fibris ab vuea ciliorum more quaſi radiatione quadam procedentibus conſit. Huius meditullium ſexta 6 obtinet, telam araneæ mentita teneritate textus ſui, vndè ἀραχνοειδής. Prorſum ea integit humorem cryſtallinum. Ei

aduerſa

aduersa septima[7] retrò crystallini partem obuelat, ne nudus vitreo immergatur. Octaua[8] à reticuli similitudine ἀμφιβληροειδὴς, ex videndi neruo tenuissimè fuso dilatatoq; pronascitur. Sed & lubricos oculos Natura machinata est, & mobiles, vt & declinarent, si quid noceret, & aspectum, quò mens intenderet, inoffenso videndi tenore conuerterent. Quam ad rem sex musculos adepti sunt, duos obliquos, quatuor rectos: hi sursùm deorsùm & ad latera ducunt, rectorum motuum procuratores: illi versant & circumferunt obliquè, sed non absq; subsidio rectorum. Inter obliquos vnus tantùm apparet, *V.* Inter rectos verò tres *I. II. III* latente exaduersùs quarto, antagonista medij. Medium rectum *II.* summa sui parte nonnihil inuertendo detraximus, vt in conspectum venirent tunicæ oculorum, neruum opticum vaginæ in modum induentes, ac versùs Cerebrum pergentes. In cono oculi, siue aditu ad cerebrum, cernere primùm est


neruum opticum *D.* peruium: (in elixo e-
nim, vel nuper mactati grandis animali-
neruo, quaſi cauitas deprehenditur) ab hoc
è meningibus cerebri productas tunicas,
tenui *v* quidem Vueam 4, è dura 7 Craſſam
ſiue Corneam *A.* 3 adipe obſitam, quæ obi-
tur in bobus à ſeptimo muſculo, quo no-
ſtrum genus deficitur. Dictus adeps *E* mu-
ſculis quoq; interſpergitur, valdè copioſus
& lubricus, non planè nihil ad incompre-
henſibilem pernicitatem motuum, quibus
obtutus reficitur, conferens, oculumq; ab
iniuria ſiccitatis, aut μαρασμȣ̃ defendens.

PRIMA

Humani corporis figura, cui caput & artus præſecti ſunt, & truncus appellatur.

1 LAti colli muſculi, carnoſæ membranæ vniuerſum corpus obeuntis quædam portiunculæ, infernè à iugulis ad confinia labiorum vſq; in modũ Calanticæ expanſi,

obli-


E
H
F
G
K
I
e
L
P
M
N
R
T
S
V

obliquioribus, quàm rectioribus fibrarum aciebus in anteriore colli ſede concurrunt. *F* Muſculus qui ſecundùm dextram mammam eſt, velut amiculum quoddam pectori tegendo, brachium multifariàm pectori adducit, pro vt hæ, vel illæ fibræ eius intentæ fuerint. In huius parte humiliore, quà torus eſt, id eſt, pulpa carnis muſculoſa & ſucculẽta, ad latera ſterni, ſubſtantia mãmarum vtrinq; obiacet, glanduloſa ea, & admodum rara, multoq; adipe paſsim obſita: adhæc vaſculis intertexta vtcunq; frequentibus, deriuatis ab eorũ propagine, quæ ſub oſſe pectoris versùs vmbilicum ſub recto abdominis muſculo, paullò pòſt deducemus. Quæ vaſcula hoc loci * muſculum *F* traijciunt permeantq;, in viris quidem, ad exteriorum muſculorum nutricationem, in fœminis verò inſuper ad commeatum lactis: quo non raró etiam virginum nubilium, itemq; marium quorundam mammæ grauidæ reperiuntur, quibus nempè pulpa ea pectoris amplior & fungoſior eſt, aut aliqua conſuetarum euacuationum ſubſtitit. Quo modo lac in vberibus inter prægnationis τεκμή-

ρια

ca Logicis, Plinium ea in re imitantibus, minimè deputari, neq; hircorum mulctus poëtis amplius absurdus videri debet, siquidem nostro seculo Matthiolus hircos mulsit, & potu lactis eorum comitialibus, tribuenit. * Capitulum mammarum, quod papularũ modo ad fastigium earum exstat, foraminibus ambagiosis peruium, quo suctu puer alimentum trahit: Papillam latini dixére. Curiosior senatus Grammaticorum eminentias illas, mammas, quemadmodum interiora, vbera mauult appellare. *G* Primus scapulam mouentium musculus sinister, subiectus ei, quo pectori brachium admouetur. *H* Sinistra ossis pectoris sedes, dimidio nudata, cuius lateri costæ numeris notatæ 1.2.3.&c. cratis more affirmantur. *I* Digitatæ insertiones secundi thoracem mouentis musculi, quas in octo costas superiores, nonnunquam & in nonam, pectinatim molitur, vtroq; latere conspicuæ. *K* Musculi inter costarum interualla siti, staminum ductu in priora euariant. Nam inter cartilagines costarum sursùm, inter ossa earundem contrà deorsùm prorepunt.

Habi-

Habitus abdominis exos eſt, & in eo octo-
ni muſculi, quaterni obliqui, quorum alij
deſcendunt fibris ſuis; alij aſcendunt: Bini
recti, totidem tranſuerſi, in vtroq; ſemper
latere ſinguli, licet pariter omnes hîc ex-
preſsi non ſint. Extimus obliquè deſcen-
dens *L* ſecundùm abdominis ſpacium mu-
ſculus dexter, cum coniuge ſuo (quem hîc re-
ſecuimus) toti abdomini ſuum inuolucrum
efformat. Obliquè aſcendens ſiniſter *M*, ita
deſcendenti obliquè ſubditus, vt fibras eius
decuſſatim interſecet. χιασμὸς ille fibra-
rum in imo abdominis littera *N* adumbra-
tur: vbi aliquot excarnes fibræ obliquè de-
ſcendentis muſculi relictæ ſunt. Alba li-
nea *O*, in quam obliqui muſculi velut ener-
uati coaleſcunt. Ea vice diſcerniculi eſt,
medium ventrem in duas partes, dextram
& ſiniſtram diſcriminans, à ſummo abdo-
minis ad pubem vſq; promiſſa. Sic autem à
coriaceo & exangui corpore, multo non-
nunquam adipe obſito cognominata eſt.

P In medio lineæ caſtratus vmbilicus
eſt, qui ferè omnibus intrò ſecedit. At in

σεύσει

κύσει id eſt, leui compaginis vertebrarum
imotione indecorè prominet: quod viti-
m à noſtratibus mulierculis in nondum
phebis ſiue inueſtibus perinde curari ſo-
t, atq; ventriculi ex aſsidua ſubuerſione
borta conuulſio, videlicet cute circa extre-
ıum dorſi ſpondylum digitis prehenſa, atq;
n ſublime tracta. Centrum corporis na-
uraliter vmbilicus eſt, modò probus ſit cor-
oris & membrorum ad vniuerſam com-
oſitionem commenſus atq; commodula-
io. Si enim homo collocatus fuerit ſupinus,
nanibus & pedibus panſis, tantum à medio
mbilico aberit extremum pedum, quan-
um idem à ſummo manuum, indeq; rotun-
lationis ſchema efficietur. Talis ergo par-
ium omnium ad corpus vniuerſum re-
ponſus eſt, ne quid ſit deforme. Infrá vm-
ilicum carnoſa pars in ſue ſpecile nomina-
ur. Siniſtri recti muſculi Q finis in ab-
lomine. *R* Peritonæi productio vaſa
σπερματικὰ in viris amiciens, ne nuda extrà
ıbdomen in ſcrotum procidant, adeoq; te-
tes ipſos præcingens. Inguinum cauitatem
arcientes adenes *S*, vaſis crura petenti-
bus

bus illic superstrati. Statuuntur hi iecoris e-
munctoria esse, perinde vt alarum glandu-
læ, cordis, quò viscera abijciunt, quicqui
habent vel superflui, vt in crescentibu
in mensium instantia, aut eorundem sup
pressione: vel virosi aut maligni, vt i
pestilentia; vnde λοιμώδεες βȣϐῶνες, so
boles iecoris Aretæo, indeq; inguen (v
Festus loquitur) existit, id est intumesci
Penis *T* à præputio suo liberatus. *V* Glan
penis.

SECVNDA


Totius trunci figura.

ANterior sedes asperæ arteriæ *X* ab incu
bitu musculorum libera, quam cartila
gines *Y* in dimidiatos orbes ad *C* litteræ spe
ciem actæ, in itinere ad pulmones subinde
intercipiunt, membranę verò interiectæ de
uinciunt. *Z* Dexter duorum musculorum
qui ducto primordio à superiori pector
ossis sede in humiliorem regionem scuti
formis cartilaginis in larynge defigitur

Dexte

Dexter primi coniugij *a* dorſum agentium. Dexter ſecundi coniugij *b* dorſum agentium. Inter motores capitis primus *c* muſculus ſiniſtri lateris. Secundus *d* caput mouétium eiuſdem lateris. Tertius *e* ſcapulam mouentium. Secundus *f* mouentium thoracem, cum ſerratis ſuis inſertionibus. Duo clauium ſiue iugulorum oſſa *g*, ſterni ſummo tranſuerſim ita commiſſa, vt ſupremis coſtis incumbant. Compages colli ſunt cum trunco. Os ipſum pectoris ſternum *H*, lineis interſtinctum per vnionem mutuò coaleſcentibus, in quod coſtæ integræ ſubeuntes concurrunt. Coſtæ ſeptem ſuperiores perfectæ in leues ſinus oſsis pectoris extremis ſuis cartilaginoſis ita conduntur, vt ſingulis integris coſtis, ſingula penè pectoris oſſa reſpondeant. Quinq; inferiores coſtæ nothæ ſiue adulterinæ ad os pectoris vſq; minimè pertinent, ſed ſurſùm retortæ, ac velut abruptæ in cartilagines finiuntur, quibus inuicem ſibi cohæſu ſanè pertinaci deuinciuntur. Infima coſtarum dorsum verſùs abdita latet. Ab extremo ſterni aptum eſt τὸ ξιφοειδὲς *h*, id eſt, enſiformis cartilago,

pectus


b
a
z
x
c
d
e
H
f
h
o
p
l
k
m
n
s
r
q
t
u

pectus finiens, Amato Lusitano credita quibusdam poris peruia esse, vt onustus ventriculus quadantenus perspirationem illàc moliri posset, sed perperàm. Infrà & circà hanc eo loci, vbi præceps pectus è planitie in altitudinem siue carnosam inanitatem velut abrumpitur, iter qualecunq; patet ad sinistrum ostium ventriculi, quod veteres καρδίαν dixêre, ipsum deiectum verò προκάρδιον, teutones hodiè Lacunã cordis appellant. Ab ensiformi cartilagine, vbi recti musculi quodam quasi diuortio facto mutuò dehiscunt, directò deorsùm vsq; ad vmbilicum videre est quandam asperitatem *i*, quam coalitus obliquorum musculorum cum transuersis efficit.

Tertium par musculorum abdominis *k* toris suis teretioribus admodum speciosum, directo tractu fibrarum suarum à pube sursúm contendit, nerueis delineamentis *l* transuersim inscriptum, ac velut cæsim interpellatum truncatumq;, quibus obliquè ascendens inibi gracilescens tenacissimè obhæret.

Transuersus abdominis musculus

 infimus

infimus *m* reliquis omnibus ſpecie membranæ ſubſtratus, ventremq́; integens. Veſtigium ad *n* reliquimus ſecundùm latus externum dextri recti muſculi, quo ſignatur coalitus obliquè aſcendentis & tranſuerſi. Præſecto ſuprà infraq́; recto muſculo *o* ſiniſtri lateris, in ſumma περιτοναίου facie, ἐπιπολαίως exarata eſt κοινῶν φλεβῶν, id eſt, vaſorum communium, ſurſùm deorsùm, vltrò citroq́; progreſsio, quemadmodum ſubter rectis muſculis ea occurrit. Horum alia *p* ab axilla propè bipartitionem cauæ ad iugulos in externa thoracis emittuntur: alia *q* infernè è duobus truncis, in quos caudex cauæ & aortæ in aditu ad crura diremtus eſt, ſurrepunt. *r* Summis vaſa ambo extremitatibus aut oſculatione mutua coaleſcunt, aut ſaltem inuicem ſibi occurrunt. Vnde deduci poſſe in fœminis videtur inſignis illa συγγένεια καὶ οἷον ἀδελφιξις, hoc eſt, communio, & quaſi germanitas vteri cum mammis, argumentum diuinæ prouidentiæ euidentiſsimum. Nam per hos riuos vterus ſanguine ingraueſcens deplecur, fœtuiq́; emiſſo commeatus in mammis

gniscente lactis copia decernitur. Quo nomine menstrua & lac Hippocrati ἀδελφὰ dicuntur, hoc est, vtrorunq; ἡ ἀυτὴ φύσις explicatore Aristotele.

Quintam συζυγίαν musculorum s. fumini, quod ὑποκύστιον prisci nominasse videntur, elargitur Fallopius: quæ Vesalio pro carneo principio rectorum putata est. A pubis medio, basi latiore exorsa illa, fibrarum suarum obliquo in priora ductu sensim fastigiatur in mucronem, & infrà vmbilicum desinit, triquetrum spacium occupans, quòd ipsi à rectis, mutuò illic dehiscentibus, excluditur. Et hæc ipsius est ὑπογαφὴ. In hirsutis maribus tota illa regio pilorum segete nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum luxuriat. Deorsùm ad inferiora vellit par hoc musculorum, quicquid infrà vmbilicum, & inprimis verò in vesica conceptum est. Qui contrà aliorum placita recti paris communem tendinem in os pubis defigunt, hosce musculos tanquam succenturiatos tutelæ crassi & communis illius tendinis præficiunt, ne in concubitu atteratur. Nobis à loco appellare


 cos

eos libuit vel ἠτριαίους, quòd ſumen occu
pent, vel ἐφηβαίους, quia pubi obtenduntu
ſ Peritonæi dimidia pars imum ventrem
metiens, & quæcunq; ille continet, prem
ſans circumſepiensq́;. Porrigitur ab im
ſede enſiformis cartilaginis vſq; ad pubem
abdominis muſculos ſuccingit, & pondu
inteſtinorum quomodolibet ſuſtinet. *t* Ho
loci peritonæi portio extrà capacitatem ab
dominis vnà cum genitalibus vaſis in ſcro
tum *u* elabitur.

TERTIA

Figura trunci corporis humani.

APerto thoracis ergaſtulo ſuſtulimus ſter
num *X*, vnà cum ipſi coartatis carti-
laginibus *Y*. Secundùm ſterni latera venæ
communes *Z*, comitatæ arterijs decliui iti-
nere ab axillari è iugulis decurrunt in ela-
tiorem regionem abdominis, donec ſub
muſculis rectis condantur. Δ Glans (θυμὸν
græca natio appellat) ſub editiſsima pectoris
oſsis ſede repoſita, vaſorumq; diremtui præ-
fecta




rum duæ elatiores *1.3.* totidem humiliores

 2.4. sunt

ofsis ſede repoſita, vaſorumq; diremtui præ-

fecta



ui præ-
fecta

ecta. □ Costarum crates extrorsùm effracta tunicam exhibet ♂, quæ superstrata vndiq; & immediatè adhærenti periostio, costas, mediaq; earum spacia, atq; adeò thoracis εὐρυχωρίαν siue capacitatem vniuersam intus præuelat: à quo succinctu ὑποζωκὼς ὑμὴν græcis dicta est. In hac dolor ille lateris existit, longè acutissimus, qui instar carnificis efflictim torquet ægrum, thoracis inferiora laniat, excarnificatuq; conficit. De laterum huius concursu ad os pectoris confiunt mediastini ♌ vulgò dicti, hoc est, panniculi ad media pulmonis delabentes, thoracemq; intersepientes, qui inter pulmones struuntur, & quasi intergeruntur, passim inuicem contigui, nisi ad os pectoris, pro cuius latitudine ♓ mutuò distant. Ideò accepta illic vulnera non perspirant, vt neq; alibi, quando pulmo interuentu membranarum costis astrictus est, id quod vsu accidere aliquando solet. ☉ Hac perlucet cor regium nonnihil extuberantius. (☾.☽) Gibbæ pulmonum partes costis conterminæ in quatuor diffissæ fibras, quarum duæ elatiores 1.3. totidem humiliores

 2.4. sunt

2.4. ſunt. α Mucronata oſsis pectoris cartilago. β Diaphragma eſt in medio diſciſſum, vt ſursùm versùs reuelli poſsit. γ Pars ſuperior circuli mẽbranei in diaphragmate, extrà quàm, quicquid occurrit, carnoſius eſt. δ Epar ſursùm & extrinſecùs prominens, & ventriculo leniter obiectum, ε Ligamentum teres, quo ſepto epar affirmatur ac deuincitur. ζ Rima epatis (Ciceroni fiſſa iecoris) intrà quam vmbilicalis vena ſeſe penitiùs abdit. P Vmbilicus cum meatu vrinario η, & veſica θ adhuc peritonæo connexa, & arterijs ι fœtui ſpiritum vitæ ſumminiſtrantibus. Ventriculus κ cibi ſarcina impensè onuſtus, cui per tranſuerſum pars omenti λ anterior exilibus paſsim conſperſa venis & arterijs velut aſſuitur. Philoſophus eius ſuturæ meminit in hiſtoria animalium. Subter laceratum omentum eſt μ, ne ſitum inteſtinorum inſpecturis foret obſtaculo, ſub cuius obtentu ipſa latitant. Infrà ſuturam perlucet ductus coli ν ſecundùm fundum ventriculi, à cauo iecoris ad lienis vſq; regionem pertinens, à quo cruciatus κωλικοὶ multò immaniſsimi nomen

inuene-

inuenerũt, στρόφοις, id eſt, verminibus torminibusq́;interdum ocyus iugulantes. Hinc in ſiniſtris quidem ξ circumductum colon deuolutumq́; per ilia ad pubis os ο peſſum mergitur: quo loci rectum inteſtinum π incohans κατ' ἴξιν pergit in podicem, extrema ſui ora ſphinctere muſculo tanquam repagulo incinctum, ne ante iuſſum rationis, arbitriumq́; voluntatis fex ab aluo reſpuatur, quod contingere ijs ſolet, quibus ex reſolutione muſculus procidens, iamq́; retinendi impotens, alui ſaburram ſpontè exonerat. In dextris verò ϱ à concauo iecoris versùs regionem renis, in prægrandem globum σ protuberat. In ſiniſtrum globi illius latus dehiſcens ileum inteſtinum τ extremitate ſua intùs in fimbriatam valuam deſinit, à nobis primùm in homine & Caſtore obſeruatam, quæ in paullò impetuoſiore verſatione laterum remigrationi regurgitationiq́; ſordium obſtaret, quod cæco inteſtinulo alij nimis audacter attribuére, cùm adeò exile ſit, vt meritò ſub dubitetur, ſit ne ἕνεκά τινος à natura inſtituta eius molitio, cum τὸ χρηστὸν ex ipſo

 obſcu-

obſcurum ſit, neq; dùm liqueat. Ab imi globi eiuſdem ſede cernere eſt appendiculum eum veriùs, quàm inteſtinum, contorti lumbrici ſpecie, quod cæcum *v* appellant, quia egreſſu deficitur.

In hæc craſſa inteſtina, tanquam corporis vniuerſi ſentinam, recrementa aridiora conueniunt, quemadmodum humidiora in veſicam retrahuntur. Ne verò ariditate ſua obhærerent reſiſterentuè, quod propter voluminum in inteſtinis flexiones in ſe ſæpe redeuntes fieri poterat, neq; ſine pernitie, Natura inteſtinorum parietes craſsiore ſucco aut muco potiùs intrinſecùs obleuit, quo purgamenta ventris faciliùs per lubricum niterentur, ſtrictimq;, quà exitum ipſa patefecit, egererentur.

Φ. Glomus inteſtinorum gracilium (quæ Plinio lactium nomine veniunt) natura in medium ſubduxit. πύλωρον deinceps oſtendemus ad exitum ventriculi, cui continuatur. Proximum ei ieiunium eſt, rarioribus implicatum gyris, ideo nulla cunctatione chylum extrudit, affluentis in ſe bilis acrimonia laceſsitum. Ileum plurimis

orbi-

orbibus atq; anfractibus ad diuturniorem chyli moram inuolutum, interq; ilia positum est.

Διαγραφὴ siue delineatio Mesenterij.

MEnsenterium (vndè nomen factum venis Mesaraicis, quæ ab intestinis, tan-



quam

quam viæ in portas iecoris directæ sunt, ac chyli cremorem, postquam is ab intestinis direptus, & ab aridioribus recrementis secretus est, comportandandum) duplicatum peritonæum est, in medio situm intestinorum ad ea deuincienda, ne asperiore contactu spinæ lædantur, dura ob id membranaceaq; substantia constans.


Conspergitur crebris vasorum atq; neruorum surculis, hinc inde discurrentibus, quorum intermedia spacia adeps copiosus infercit. In adipem glandes insistunt, cùm ad vasorum diremtus, tùm vt intestina madore suo proluant. Inter glandes corpus glandosum χ propè centrum ψ occurrit, appellatione excellenti, & καθ' ὑπεροχὴν ita cognominatum. Flexuosi margines ω, quibus intestina adhærescunt. Hîc ∇ rectum intestinum dorso alligatur.

Præsens

Præsens figura multas partes exprimit, ad collum & ventrem medium attinentes, in qua euersum cor, & in dextram reiectum est.

ARteria *A* ob cartilaginoſam naturam τραχεῖα appellata, ad pulmones vſq; pertinet, animam, ſpiritu quæ ducta eſt, excipiens, eandemq́; à pulmonibus reſpirans, & in os intimum reddens, per quam vox principio à mente ducto, ita quidem percipitur funditurq́;. Reſpiratur primùm à pulmonibus aër inutilis, perq́; ſpiritalis cannæ rimam (Græci γλωττίδα nominant) à muſculis laryngis traiectus, in vocalem ſpiritum ceu animatur. Simulac verò in oris amplitudine, tanquam patente cicuta, nonnihil ab obſtantia faucium ſtipatus, concauoq́; palati repercuſſus fuerit, dædala lingua, tanquàm plectrum moderatiſsimum, arguti acuminis ſui in palatum illiſu, in verba articulatim concîdit atque diſcer-

discernit, subsidio interim venientibus labi-
orum compressione, & dentium cumprimis
offensione. Atq; hæc sanè vim quandam in-
credibilem artificiosi operis diuiniq; testan-
tur. Arteria Lactantio spiritalis fistula di-
citur, nobis canalis animæ, ex qua pars ei-
us redditur respirando, pars ventriculo cor-
dis concipitur, ad spiritus vitalis educatio-
nem, & caloris natiui conseruationem. Nul-
lus enim ignis sine ventilatione & pastu ali-
quo diu potest permanere. *λάρυγξ* sum-
mum eius caput est, atq; ostium, edendæ
vocis (quæ Aristoteli est *ἀὴρ ἐσχηματισμένος*)
instrumentum primarium. Is suprà tegitur
in epulando quodam quasi operculo (*ἐπι-
γλωττὶς* *B* græcis dicitur) ne, si quid in ar-
teriam cibi fortè deerrauerit, meantis illàc
spiritus reciprocationem, intempestiua re-
stagnatione impediat. Negligentiùs tamen
ab eo obthuratur, quò liquidioris potus a-
liquid ad irrigandos pulmones sensim de-
fluere queat. *C* Cartilago laryngis maxi-
ma, veterum scuto similis, nobis tangenti-
bus obuia. Ei subest primum par proprio-
rum musculorum laryngis *D*, obliquis in
anteriora


K
K
A
B
I
C
H
I
D
Z
E
E
H
E
P
O
Y
Q
F
G
R
M
T
N
V
X
S

anteriora deorsùm procurrentibus fibris præditum. Infrà hunc dein init longus ille trames arteriæ *E*, constans annulis cartilagineis, in cicutæ modum compactis, & nexibus insuper membraneis inuicem cohærentibus, vocis caussa & spirandi: addo etiam viuendi. Non enim vita à spiratione, vt neq; hæc ab illa, potest separari, cùm vtraq; sint ἀχώριστα, atq; vltrò citroq; commeent, excepto quòd in strangulatis ab vtero mulieribus, & quibusdam animantibus, hybernantibus in latibulis, sola arteriarum transpiratio vitæ aliquandiu tuendæ conseruandæq; satis esse potest. Cartilagines (quas græci deminutè βρόγχια nuncupant: βρόγχος enim ipsa arteria est) à tergo versùs vertebras, quà canalis gulæ iuxtà decurrit, attenuatæ, aut potiùs abruptæ, in membranam degenerant, neq; perfectum orbem absoluunt, quò crassioribus esculentorum bolis, quos gulones auidè glutiunt, mollitie sua cedere possint. *I. 2* Glandulæ laryngis, radici eius vtrinque annatæ. *F G* Trunci asperæ arteriæ, in quos caudex eius ad pulmones finditur.

H Gula

I Gula siue stomachus ad radicem linguæ
ærens, ponè subterq; deuergit: quo cibus
rimùm agitatione & motibus linguæ de-
ulsus, & quasi detrusus, in ventriculum il-
abitur. Oris vtraq; ex parte tonsillas ea at-
ngit. *I* Tonsillæ in homine, in sue glandu-
æ, stomacho & laryngi communes, vtrinq;
ssistunt, satis magnæ, linguã & os partesq;
ubditas madore proluentes. Græcis πα-
ρίσθμια, vulgo chyrurgorum amygdalæ di-
tæ. Secundùm longitudinem stochmachi &
riem τ̃ βρογχιῶν arteriæ, infernè ad muscu
os laryngis reuertuntur reduces nerui Δ, in
e παλινδρομοῦντες nuncupati, pulluli quidã
xti coniugij *K*, ad inferiora secundùm cer-
icem promissi. Ac sinister *L* quidem aortã
M, qua parte ex corde in dorsi vertebras de
orquetur, paullò infrà surculi *N* in basin
ordis dehiscentis exortum, circumplicat.
exter *O* eum aortæ ramũ *P* circumuectus
mbit, qui in alam dextram procedit. Motũ
terq; recurrentium obeunt persimilem ei,
ui in architecturæ machinis ope trochlea-
um completur. Repræsentant enim ipsi du-
arios funes, qui per trochlearum striatarũ
ubiculos traijciũtur. His præfectis vox elidi

ſolet & animal obmuteſcere. Q. Aort
portio obliquiore ductu ſursùm in alam ſi
niſtram pertendens. R Caudex aortæ ex ſi
niſtro cordis ſpecu exortus. r r Arteri
καρωτίδες, quæ eædem & ληθαργικαὶ ne
non ἀποπληκτικαὶ dicuntur, dextra & ſini
ſtra iuxtà aſperam arteriam ſursùm proce
dunt: quibus oblæſis, aut contuſis, au
vinculo, vel iniectione manus (quam prem
ſationem Iudaicam vulgus teutonum voca
re ſolet) interceptis, homo in ſterilitatem
nonnunquam caſtratur, quod permultum
materiæ inde ſemini ſuppeditetur, tùm
cataphora, vertigine, apoplexia, & caro ſo
porifero more eorum, quos ἐμβροντήτους κα
ἐμβεβροντημένους græci appellarunt, corri
pitur: etſi non tàm compreſsione arteria
rum id accidit, quàm neruorum recurrenti
um offenſione, quando eadem habentu
parte ac ſitu. S. Cor liberum ab inuolu
cro ſuo, & in dextrum latus deuolutum
pleraq; vaſa oculis ſubijcit. Ea propte
ipſum vnà cum pulmone expectoraui
mus. T Initium eſt venæ arterialis, ſe
cundùm quàm neruulus cordis N exporri
gitur

gur, centrum basis cordis aditurus. *V* Arterialis venæ in dextrum pulmonem, *X* eiusdem in sinistrum progresio. Eòdem pertinent & arteria venosa *Y*, & sinistri nerui *Z*, qui non reuertitur, surculus. * Sinistra auris cordis. ξ Apex dextræ auriculæ. Spes venæ cauæ *a* vinculo astrictus, in quam sanguis confunditur, perq; eam ad cor confectus iam perlabitur. ϐ. γ. δ. ε pulmonum lobi siue fibræ. ζ Septi transuersi membraneus circulus. η Eiusdem carnea portio lacera, & fibrarum staminibus interstincta.

QVARTA

Trunci corporis figura, ad quam in legendis sequentibus, toties subinde reuertere, quoties signum ☞ tibi occurrerit. Cætera enim insititia sunt.

THorax non solùm ea pars est, quæ à iugulis ad præcordia vsq; pertinet: sed

etiam totum illud, quod intrà iugula, & genitalia concluditur: quod διδασκαλί ἕνεκα in ventres duos, medium & imum d rimitur.

MEDIVS in corpore venter vit destinatus est. Circumscribitur is suprà qu dem iugulis, infrà transuerso septo, circum circà dorso, adulteris costis & pectore. C θ princeps medii ventris membrum est i quies, ἀρχὴ τοῦ θερμοῦ, καὶ τοῦ ζῆν, hoc e caloris, & quæ ab hoc sustinetur, vitæ sede & iugis scaturigo. Scilicet in hoc visce quasi lares esse focumq; oportuit, quo natu ræ fomites, & primordia ignis natiui conti nerentur, atq; pertinerent inde in omn corpus: quo refrigerato aut exstincto occ dimus ipsi atq; exstinguimur. Figuræ e πυραμοειδοῦς. Basis eius ι ad medium su osse pectoris concedit. Extrema, quæ in mu cronem κ turbinantur, subter læuam pa pillam in thoracis priora demersa sunt, vnd fieri putandum est, vt anteriora thoraci magis caleant. Etenim calor retrò infringi tur, tùm ob interiectum habitiorum muscu lorum ossiumq; soliditatem; tùm ob algo-

m, Suffra
ium, qui
n & ſudo
ntibus.
i thalami
ecuimus,
biecta.




or, in quo
pulmonũ,
aſsiduoq; eorum verbere rudiùs extenuato, ſpecies vitalis ſpiritus atq; ornatus vltimus

 induitur.

etiam t
genitali
ἕνεκα in
rimitur

A.
destinat
dem iug
circà do
θ princ
quies ,
caloris,
& iugis
quasi lar
ræ fomit
nerentu
corpus :
dimus i
πυρσμοδ
osse pect
cronem
pillam in
fieri put
magis cal
tur, tùm ob [illegible] habitiorum muscu
lorum ossiumq; soliditatem; tùm ob algo-
rem




aſsiduoq; eo

ſpecies vitali

orum mulcu
im ob algo-
rem

em dorſalis medullæ & vertebrarum. Suffra antur huic ſententiæ rigores febrium, qui er dorſum inuadũt, calore interim & ſudo e in pectore & ventre magis vigentibus.

Quò verò penitiùs introſpici thalami ordis poſſent, per tranſuerſum ſecuimus, uemadmodum patent ij figura ſubiecta.



κοιλίαι ſiue ſpe-us cordis gemini unt: Cœlio à mune-is prouincia decente netaphora diribito-ia nuncupati, ſinuo-i admodum. Dex-er λ venoſus, te-uior & capacior, n quem craſſus ſan-guis è patentiſsimo auæ oſtio reſta-gnans illuſtrior red-litur. Læuus μ arterioſus, & craſsior, in quo apori roſcido ſanguinis, à carne pulmonũ, ſsiduoq; eorum verbere rudiùs extenuato, pecies vitalis ſpiritus atq; ornatus vltimus

 induitur.

induitur. Septum intermedium *v*, satis spis-sum illud, sanguinisq; è dextro in sinistrum transcolationi minimè peruium, licet is ab æstu cordis adeò extenuatus sit, vt aëris ro-scidiuè vaporis speciem induerit. Per hoc ipsum interstitium, aut, quæ in eo insunt foramina, sunt qui etiam pulmonis vomi-cam, hoc est, collectum pus ausint traduce-re, quò deinceps in caua ad epar, hinc in portas, tandemq; ad intestina delatum, in-fernè exhauriatur. Quæ sanè via neq; ex-pedita est, neq; conducibilis, neq; proxima. Veruntamen Galenus septi foramina hu-ius κοινωνίας ἕνεκα exstitisse autumauit.

Cor non caret auribus. Geminis autem præditum est: quarum dextra ξ cauæ ostio præiacet, sinistra * subter caua ad ortum aortæ recondita: illa sanguinem, hæc aërem alterat, ne repentino incursu suo offendant. Vena hinc inde circà caput cordis propagi-nibus suis sparsa *o*, coronæ in modum am-bitum eius redimit, στεφανιαία inde meritò appellata, cuius nutricatu cor educatur. *R* Caudex magnæ arteriæ, quæ veteri lo-quendi more vena nuncupatur. Nobis

differen-

differentiæ caussa pulsatilis, quemadmodum Galeno φλὲψ ἡ σφύζουσα. Nam vena suapte vi immobilis est. Est tamen, vbi & ipsa micat, motuq; tremulo vibratur, quoties videlicet per occultam cuticularium meatuum siue pororum inspirationem, & vasorum πρὸς ἄλληλα συναναστομῶσιν, qua nimirum ora sua, vnum alteri commercio quodam adaptant, aërem intra capedinem quam conceperit. Contremiscere interdum videas etiam sanguinem in lebete pòst sectionem venæ, quem vulgus chyrurgorum priùs adhuc, quàm intepuerit, ingurgitare cogit eos, quibus detractus est, ratũ subesse animam quæ tali potatione corpori postliminio restituatur. Arteria conceptaculum est vitalis spiritus, misti cum tenuiore sanguine. *T* Vena arteriosa nutritionis ergô expansa pulmonibus, qui quasi quoddam ἐργαστήριον sunt vitalis spiritus, in quem etiam residuum ab alitione sanguinem elaborant. Secundùm huius posteriora diximus neruulum *N* à sinistro recurrente decisum, traiecto cordis inuolucro in basis meditullium pertinere. Hìc nimirum subornat

 Fallo-

Fallopius cohortem neruorum ſanè quàm numeroſam, reticulari vaſorum in calua ſeriei nihil quicquam concedentem, quin potiùs eam ſuperantem, quæ ab alijs pro ligamento putata ſit. Ad hunc finem datam eſſe eam exiſtimat, ne tàm nobile viſcus ſtupidius iuſto redderetur. *a* Caudex cauæ, quæ conceptaculum eſt nutrimentalis ſanguinis cum naturali ſpiritu confuſi. *ϖ* Cordis inuolucrum ab anteriore eius ſede in latera reiectum, græcis περικάρδιον eſt, cordi vacuum relinquens ad ciendos motus ſuos interſtitium, tàm laxum, vt nonnunquam cordi liceat artem in ea facere ludicram, atq; in pectus emicare, hoc eſt, inſolentiùs palpitare, geſtire: quod in animorum perturbationibus accidere conſtat. In hoc etiam, tanquam in penu quodam, roſcidæ humiditatis nonnihil continetur irrigando cordi, ne motu perenni fatiſcat. Augeri illa à morte vi funeſti frigoris ſolet: cuiuſmodi de vulnerato Chriſti latere, in cruce vberiore copia prodigioſè ſcaturijt.

☞ Pulmo

☞ Pulmo ☾☽ ſpirandi artifex offici-na, vngulæ bubulæ modo bifidus, & medi-aſtino diremtus, ac ſiniſtra ſui parte, qua cor operit, ſublatus. In hoc ineſt raritas quæ-dam, & aſsimilis ſpongijs mollitudo, ad hauſtum vitalis venti ſiuè aëris aptiſsima: qui tùm contrahit ſe aſpirans, tùm ſpiritu dilatat ἐναλλάξ, id eſt, vicibus & alternis, eaq; viciſsitudine reciprocra recipiendi reddendiq; anhelitus, vita in adultis ſuſti-netur. Fœtui autem vtero etiamnum degenti, aliter prouidit Natura, qui pulmo-ne deſide, neq; dum operi accincto publico, per os non reſpirat. Vt verò nihilo ſeci-ùs, non modò nutriri, ſed & viuere, im-mò etiam formari, membriſq; corporari ſuis poſſet, tàm Cauæ Venæ caudex ſub baſi cordis, ad dextram eius auriculam, in arte-riã venoſam, quàm Aortæ ſtipes eodemmet in loco, in venam arterialem, ſeu oſculis duntaxat, ſeu peculiaribus ductibus peruij ſunt. Vtriq; ſanè percommodè in pul-mones deriuari commeatus poteſt, illàc quidem ſanguinis, ad conformationem

 educati-

educationemq́; : hàc autem ſpiritus, ad vi
tam inſitiq́; caloris difflationem. Hæc va
ſa ab ipſa ſtatim natiuitate tanquam emeri
ta, & rude donata ſua, perinde vt vaſa vm
bilicalia, ſolent coaleſcere. *a* ἡπατίτης, Vena
iecoraria, quæ & Caua dicitur, è conuexo
iecoris egreſſa in dextrum cordis ſinum hi
ſcit oſtio patentiſsimo, prorſumq́; obliteſcit.
Quo inductus fortaſſe Ariſtoteles, vt arte
riarum, ita venarum ἀρχὴν καὶ ῥίζωμα in
corde ſtatuit. Paullò ſuperiùs ad dextram
ê caua pullulat vena illa ſolitaria *b*, omnis
quê coniugij expers, ſpacijs coſtarum ra
mos, quibus veluti ſublicis in itinere ſuo
fulcitur, effundens, & ad ſecundam fere
lumborum vertebram vſq; deſcendens.
quo loci cum ramis cauæ, aut emulgente,
ſiniſtra præſertim, circa genitalis venæ ex
ortum iungitur. Propter hanc renum
cum thorace communionem, id eſt, mutu
am affectionem, ritè & κατ' ἴξιν, ac ſine mul
tis ambagibus, pulmonis vomica lotio cre
ditur exhauriri. *c* Diuortium ſiue bifur
catio vaſorum, priuſquam iugulum attin
gunt. Horum partim ad axillas *d* emanant


atq

.q; humeros : partim per ceruicem ſur-
am contendunt in caput. Venæ ceruicis
incedunt comitatæ arterijs carotidibus,
uibus impacto vulnere læſis, interſectis,
el præſtrictis laqueo, vel à ſanguine con-
reto præpeditis, (quod malum vulgò
Gutta dicitur, germanis **der tropff**) animal
orruit morte ſoporifera, atq; eliditur, ſpiri-
us influxu à corde intercepto : Vnde li-
ſas appellaſſe Donatus putatur. Glan-
lium Δ, aden inſigni nomine ſic voca-
ur, ad iugulos in ſede thoracis elatiſſi-
ma, vbi collum trunco inſiſtens in ca-
ıum quoddam σφαγὴν dehiſcit. Vaſorum
diremtui vice puluini ad incubitum aſter-
nitur. θυμὸν indigitarunt græci, ſiue quòd
locus is cædi admodum opportunus ſit : ſeu
potiùs, quòd in perturbationibus animo-
rum ſpiritus impetuoſiore aſſultu impactus
in eum, identidemq; reciprocatus, tanquam
in ſcatebra ebulliat, atq; efferueſcat, ac tho-
racem aduersùs inſidias induat. In teuto-
nium gratiam Columbus Lactes nomina-
uit. *f* Qui media bifurcationis in iugulo ſe
de propendent ramuli, in vtroq; latere ſin-

guli atq; detruncati, vnà cum tenuioribu
ſui portionibus ſiue propaginibus, quas o
biter in finitimas partes pectoris diſtribu
unt, venæ ſunt mammillares, ſubter oſſe pe
ctoris deorsùm ad abdomen exporrectæ
quo loci, ſub rectis muſculis obuiàm eun
epigaſtricis, quæ per humiliorem regionem
à pube aciebus aduerſis & in procinct
ſtantibus ſurriguntur. At ne videar pen
parùm meminiſſe, in ſecunda figura trunci
litteris *p. q.* inſignitas veterum authorita-
te *κοινὰς φλέβας* nominaui. Sub Caua *a* e
naſcitur magna arteria *g*, è ventriculo cor
dis ſiniſtro, commeatum vitalium ſpirituum
per ramos ſuos tanquam tubos, quorum
multi & crebri toto corpore intexti ſunt
quoquouersùm diſtribuens, ſalutaremq; &
vitalem calorem impertiens. Duo hæc vaſa
inter ſe quaſi ciuili conciliatione & ſocieta-
te coniuncta, membrorum rempublicam
nutricantur, conſeruant, ſuſtinent. Aorta
truncus protinùs vt è corde proſilijt, bipar-
titò finditur in duos prægrandes ſtipites.
quorũ minor ſursùm, maior *h* deorsùm ad
dorſi vertebras explicatur. Multi ab ea in
frà ſupraq; riui defluunt. E

Et hactenus quidem vt nostra tulit ıbecillitas, de medio ventre ad summum ɾbientiæ æquilibrium conformato breui- ɾ,qui diaphragmate finitur.

igura diaphragmatis, quod est ines, seu marqua, vt loquamur um Gallis, & confinium quod- dam duorum ventrium, Medij & imi.



Est autem διάφραγμα velut paries intergerinus, dirimens obliquiore interiectu sui vitalia à naturalibus, regionem cordis ab imo ventre & intestinis. Latini dixêre præcordia, quia cordi obtentui est: Macrobius dissептum, pro quo perperàm nullo sensu dissipium legitur. Huic acceptam olim retulére subtilitatem mentis, vnde φρένας Græci nuncupauére, siue quòd non conferre nihil εἰς τὸ φρονεῖν τε καὶ νοεῖν videantur, seu quòd eo inflamatione affecto mens oblædatur, Cerebro in consortium mali pertracto. Eius anterior circumferentia duntaxat hîc conspicua est. Summum eius caput *A*, in medio membranæ ritu prætenue, tendiniq; finitimum est. Finis *B* crati costarum adulterinarum ad extremum affirmatus, multæ carnis particeps. Interior circulus *C* sursùm obtusiùs mucronatus, membraneam septi naturam, pars verò, quæ eum foris vndiq; ambit fibris striata, carneam definit. Duo insignes canales id traijciunt, gula *D*, & vena caua *E*: Aorta, & secundùm Vesalium, caudex venæ carentis pari, rimam eius *F* transit.

quam

qum propendula ligamenta *G* ad lumbos
perecta efficiunt.

☞ In INFERVM corporis ventrem culina abditur, quem externa circumſeptio ab ima oſsis ſternum & pectus finientis regione, vtrinq; per cartilaginoſa coſtrum extrema (græci ὑποχόνδρια appellat) ad ilia & inguina, tandemq́; ad pubem protenſa metitur. Septo tranſuerſo iecur *H* ſubeſt, ne ipſi tanquam flabello præcordii ventilanti obſit. Sic dictum, quòd iuxtà cordis vires poteſtatem exerceat ſuam, vel illi aſsidens in excitanda vi appetitionis, quæ ad vitæ pertinet fomenta. Hîc in priora ſurſùm reductum eſt, ac reſupinatum, quò ſimæ eius partes *I*, & veſiculæ *O* intra eas reconditæ ſitus emerſusq́; portarum meliùs notari poſſent.

Ex viſceribus vegetationis Iecur organum eſt, & principium venarum, quibus tanquam riuis in omne corpus diſcurrens humor, quem amplexu ſuo calfactuq́; concoxit, vniuerſam rempubl. membrorum ſuccis vitalibus irrigat. Quia enim publico muneri præeſt viſcus id, nequaquam patitur

titur, vt vllum diſpendium intertrimentum-
úe crediti ſibi à ventriculo chyli fiat, quo
minùs eum & creditori ventriculo, & mem-
bris cæteris puriorem defecatioremq; cùm
fœnore redhibeat. Speciem gerit limi ſan-
guinis concreti. Lunato ſinu *K* obliquatum
in parte læua, qua locum amicè cedit, ſubie-
cto ſtomacho *L*, cum ventriculi orificio co-
aleſcenti. Ad finem eius occurrit vinculum
M, cuius ope phrenibus epar adalligatur.
Caudex portarum *N* truncatus illinc emer-
git, vbi cauum iecoris ſinibus quaſi ſul-
catum ſcinditur, tùm promontorioli
quibuſdam (Hieronymus pinnulas vocat)
audaciùs prominentibus, ſed hîc deliteſcen-
tibus ſubter ventriculo, exaſperatur. Per
portarum venulas, quæ in inteſtinorum ca-
pacitatem ἀναστομοῦνται, tanquam per manus
ex inteſtinis, & aluo ſecretus à reliquo cibo
ſuccus is, quo alimur, permanat ad iecur.
Folliculus fellis *O* parte iecoris caua reſima-
què in dextris propendet, duobus ferendo
felli ductibus inſignis: quorum vnus *P* ab-
ſciſſus hîc amariſsimum liquorem in ſeſe ex
epate allicit; alter *Q*, eidem in duodenum


exo-

conerãdo dicatus est, vt acumine eius, qua- adhibito stimulo intestina irritentur, & ci- i reliquiæ abstergeantur. R Vena ab vmbi- co in fissuram iecoris inserta, embrijq́; nu- icula: quo in lucem edito tanquam emeri- ipsa ac vieta degenerat in ligamentum.

Gibbum iecoris, quà dorsum spe-ctat, & spinæ accumbit, vnà cùm supina vesicæ vrinariæ parte, & postica stomachi, præsens figu-ra oculis subijcit.

Gibba siue conuexa iecoris. ϵ Hàc sede epar permittit, aut emittit potiùs cau- licẽ venæ cauæ γ, cum duobus ramulis δ ε, diaphragmati vtrinq; sursùm exporrectis. ? portio vinculi, quo iecur phrenibus ita subligatur, vt quasi aptum ab eo videatur sustineri. Ligamentũ * iecur diaphragmati affirmans. Truncatus stomachus η, cui ea in parte, qua is sinistro ventriculi orificio θ cõ- tinuatur, amicè iecur locum cedit ι nonni- hil sinuatum. Nerui κ in orificium sinistrũ à sexta coniugatione neruorum cerebri im-

missi


x
x
δ
ε
γ
i
β
a
λ
μ
ν
ξ
ϖ
ϱ
σ
φ
χ
υ
ψ
ω
1
2
3

[...]issi. λ Ventrculi portio à reliquo ipsius [...]orpore vulsa. μ Truncus portarum. Inter [...]unc & cauæ caudicem, vena vmbilici ν in [...]ecur dehiscit, nutricula fœtus. ξ Vmbilici, [...]ui vniuersi corporis centrum est, facies in[...]erna. Ex hoc deorsùm pergit οὔραχος ο in [...]nedio, ad vesicæ tumentiorem fundum, [...]uasi quoddam eius suspendiculum: quo [...]otium fœtus expurgari putatur Vesalio. [...]ustachio tantùm in cornutis reperitur. Se[...]undùm latera huius geminæ arteriæ ϖ. ρ [...]ltrinsecùs surrectæ sunt è ramis aortæ, pu[...]is ossium foramina adeuntibus, fœtui pri[...]atim dedicatæ. Quatuor hæc vasa olim, [...]um vtero ferretur infans, magno vsui e[...]ant, emerita iam tota, & rude accepta tan[...]ùm non superuacua. σ Vesicæ vrinariæ [...]ars posterior. τ Vreteres neruosi canales, [...]uorum insertio fit propè ceruicem vesicæ, [...]aullò suprà corpus glandulosum υ, (quod [...]eluti duarum glandium sibi accumbenti[...]um, annatarumq; & continuarum imagi[...]nem refert) vbi vasa φ semen à testibus de[...]portantia ex resultu ad os pectinis coale[...]scunt, atq; oblitescunt in vesiculas quasdã χ:

 quæ

quæ propter gyros & vertigines, in qu
perplexè admodum inuoluuntur, Heroph
lo παραστάται κιρσοειδεῖς, id eſt, varicoſi aſtit
Veſalio autem gyri & anfractus nomina-
tur: ſuntq́; genitali ſemine etiamnùm gr
uidi atq; prægnantes. Huius enim παρα
ſunt, & quoties vel copia, vel qualitate, v
vtraq; moleſtum id fuerit, promunt. ψ M
ſculus veſicæ ceruicem ambiens, motus a
bitrarij quidem, vt muſculi cæteri, præſes:
non omninò tamen ſui mancipij, ſiquidẽ e
fluxum lotij aſtrictione ſui perpetuò proh
bere non poteſt: vt neq; ſphincter alui e
crementa, neq; muſculi thoracis exuſtas
calore cordis fuligines, vel animam, quæ d
cta eſt ſpiritu, vſq; cohibere. Naturæ enim n
ceſsitas tandem præualet, vt rectè de ijs pro
nunciat Nemeſius, τὸ ψυχικὸν τῷ φυσικῷ
id eſt, animæ opus cum naturę munere co
iunctum eſſe. ω οὔρηθρα, id eſt, meatus ſem
ni & lotio communis. 1 2 Bina penis co
pora textu ad ſuſcipiendum ſpiritum rar
atq; ſpiraculis pleno, diremtu mediæ οὐρ
θρας inuicem ſeparata. 3 Glans, in qua
meatus vrinæ & ſeminis deſinit, immunis
præputio.

Stoma


☞ Stomacho proceriori subiecta est [g]ulæ siue ventriculi natura *S*, ad latitudinem [&] longitudinem lagenæ modo fusa, cibi & [p]otionis commune conceptaculum, & offi[c]ina χυλώσεως, id est, primæ concoctionis. [I]dem paterfamilias dici meruit, quasi omne [a]nimal solus gubernans. Nam si ægrescat, vita in ancipiti est, deficiente commeatu publico. Gemina ipsi ostia sunt, quorum sinistrum *T*, quod veteres (siue secuti hac in re sensum vulgi & opinionem popularem, siue potiùs ob periculosam cordi viciniam atq; ξυνάφειαν) καρδίαν appellare consueuerunt, annexum est phrenibus, longè maius altero, quippè in quod semimansa adhuc, aut saltem minùs exquisitè à dentibus confecta esculenta deuorentur, inq; follem ventris recondantur. Dextrum *V* strictius, exitus est ventriculi, ideo πύλωρος nominatum, quòd alimentum tanquam ianitor vsq; eò cohibeat, quoad id caloris potestate tùm insiti, tùm aduentitij ex adiacentibus splene & iecore, tùm spiritus appulsu atq; subsidio, sibiq; ingenita temperie ac proprietate ventriculus elaborârit. Hinc ex-

orta aut potiùs detexta inteſtina λήψεως ἢ
ἀποκρίσεως αἴτια Democrito nuncupata, c
tinuo ductu defluunt. Sub concauum epa
ventriculus magna ſui parte abſtruditur.

FIGVRA

Seorsùm exprimens faciem ven triculi & veſicæ fellis.

a οἰσοφάγος, Lactantius cibalem fiſtu
lam, nos Gulam nominamus: cui no
inſcitè Martialis ingenium tribuit: quon
am ſapiens eſt eorum, quibus veſcimur, po
tulentorumq; illecebra perfruitur. Hin
Philoxenus gnatho eam ſibi collo grui
proceriorem optare ſolitus eſt. Summũ eiu
β ad linguam annexum fauces vocantur
poſtremum *γ* ſtomachus teſte Plinio
δ Tonſillæ communes in intimo atq; ex
tremo palati, ſaliua prægnantes. Iter œſo
phago eſt per interiora ceruicis κατ' εὐθὺ
mox ſub pulmone demerſus in quinta dor
ſi vertebra conſidit: cui interiectu corpo
ris glandoſi *ε* etiam affirmatur. Hinc ſuper
quint



quinta & consequentibus vertebris modicè dextrorsùm primùm se erigit: tandem sub Caua adsinistrum reclinatus superscensa Aorta septum traijcit. Medio stomacho

 siue

siue œsophago, quà is asperæ arteriæ in duos diuisæ truncos substernitur, ad quintam thoracis vertebram, duo visuntur glandosa corpora ε, quæ stomachum, ad siccioris esculenti velut per lubrica transitum expeditiorem, perenni rore ceu perfundunt. Quo loci hic canalis vtroq; versùs contorquetur, & tracheæ iuxtà incumbendo ʃadiacet, solet nonnunquam ijs, quibus villi gulæ aliquanto imbecilliores sunt, dum accelerata deglutitione loqui cupiunt, bolus esculenti restitare, anhelitum intercipere, strangulationemq; vnà cum suffocationis periculo intentare. Quos vulgus è vestigio liberat, pugno intrà scapulas scitè considerateq; illiso. Hac nanq; succussione infarcta gula expeditur, compressu coarctatuq; guttur liberatur dilataturq;, atq; anima ægrè glutientibus redux reuertitur. Eodem præsidio, quod certè tussi sæpenumero subsidio venire debet, exploditur etiã, si quid de esca in tramitem æstuantis animæ, qui stomacho vicinus est, (plebs nominat **die vnrechte kehlen**) inter loquendum errore deuenerit.
ς Nerui è sexto cerebri coniugio promissi,

Sini-

nistro orificio sese mutuo complexu imingunt: inde multiplici serie distributi n reliquum eius corpus adusq; carnulenum fundum in tenues exilitates exhauriuntur. Horum commercio iunctus est cerebro ventriculus. Proinde quoties in alimenti penuria ab inanitis venis in se pertinentibus nulsus suctusúe fuerit, non tantùm esurit ipse, sed & cerebrum vibratis neruis lacessit, vt membra instiget ad procurandum pabulum. Stomachus summo ventriculo à læua committitur, vbi γ signatum est. Venarum & arteriarum η copia exuberat ventriculi substantia, quarum quædam coronæ ritu sinistrum orificium præcingunt, aliæ per elatiorem eius partem, aliæ per demissiorem siue fundum discurrunt.


Figuræ species etsi capacitatis ergô globosa est, nihilò tamen seciùs cucurbitæ in modum lateraliter porrigitur, ob ductuum canaliumq; insertionem. Ad vtrunque ostium intùs quasi fimbriatum est corpus ventriculi, inq; limbos protuberat: in quorum læuo θ stomachus ventriculo continuatur: è dextro ι intestinorum tela longa serie detexitur. Hîc solummodò adumbra-

tus limborum locus eſt, & veſtigium quod-
dam litteris θ ι conſignatum. In inuerſo
ventriculo expreſsi ſunt, & cuiuis obuij. Ve-
ſica fellis *x* (noxius humani corporis inqui-
linus, vbi humor eius efferbuerit) magnitu-
dine pijri, cum poris ſuis χοληδόχοις, vno
ſingulari ac decliui λ, directò duodenum a-
deunte: altero accliui μ iecur versùs mul-
tifariàm diuiſo: hic propè portarum ex-
plantationem haurit ſorbetq; ex epate pur-
gamentum peſsimi ſanguinis: ille in inteſti-
na idem defert ad ſordium depulſionem,
quas ſecum vnà eluit. Quo loci machina-
tione quadam atq; ſolertia natura implanta-
tionem eius fabricata eſt. Fallopius aditu
prohiberi fel ait, dum inteſtina chyli cremo-
re etiamnum diſtenta ſunt, repulſumq; di-
uertere in ſuam veſiculam, quoad exſucto
eo flaccuerint: quod ipſe non tàm reperiſ-
ſe, quàm ab ipſa Natura didiciſſe videtur.
Quibus præterea in ventriculum porus è
veſicula aſſurgit, & bilis ἄκρατος (vt Cicero
nominat) aut, vt Hippocrates, κατακορὴς
mera & abunde ſaturata eijcitur, ij κακοστό-
μαχοι ſunt, & ab ipſo ſtatim vitæ primordio
miſeri.

[m]iseri. Rima *v* intrà capacitatem duodeni, [q]ua bilis se infundit, paullò inferiore loco [e]st, quàm introitus, vt artificiosa insertio, & [o]bliquitas eius vtcunq; posit notari. Glan[d]ulosum corpus *ξ*, pyloro & duodeno asis[ti]tens, vt vasa eò digesta sustineat.

☞ Lien *X* sub præcordia, & costas [a]dulterinas in sinistra parte conditus est, ad[u]ersùs iecur, specie linguæ bubulæ, spon[gi]æq; imagine, vt faciliùs sanguinem cras[s]iorem secernendo & alliciendo repurgaret [f]eculentiam. Quà ventriculo accumbit, concauus est, extrinsecús intumescit in gib[b]um. In huius imò, à ramo venæ, in lie[n]em iam iam insertionem moliturę suam, [s]urculus *Y* in fundum ventriculi reijcitur, residuum à nutritione succum atrum squa[l]idumq;, & fecis vinaceæ æmulum eru[c]tans prodigensq; Hàc ex alueo ventricu[l]i aliquid in lienem rapi posse, testantur rugitus & murmura, quæ in spleneticis ὑδροπώτῃς statim atq; frigida hausta est, so[l]ent existere.

Lien cum portarum ramo, magna sui parte in ipsum dehiscente, & venis ventriculi summa perreptantibus, Pancreate atque Omento in hac figura delineantur.



Porum

PORum notat, quem lien è portis suscipit, in aditu ad ipsum interdiuisum, quo crassa & lutulenta succorum eluuies, è cauo iecoris hausta, nutritionis gratia in lienem distribuitur. Is vnà cum tenuibus ramis vasorum in itinere fulcitur pancreate *b*, glanduloso corpore & carniformi, tanquã molli stragulo, plurimis scatente glandulis. Vena grandis *c* in inferiorem omenti membranã diffusa. Venæ *d*, è ramo portarum sese arrigentes, cinctu suo ventriculi læuum orificium, coronæ in modum, ambiunt, quædam ceu vẽtriculi insignia. *e* Reducta lienis pars, in quam truncus ille portarum *a* numerosa sobole absumitur: cuius infima □ subtùs spargit surculum, partim transuerso itinere in sinistram fundi ventriculi sedem perreptantem, vt fecem sanguinis melancholici eò abijciat, partim via decliui sese omenti membranæ offerentem. *f* Omentum (*χύριον ἀπάσης κοιλίας* nominat Democritus) in ventris capacitate fluctuans, obnatansq; intestinis, viduli siue marsupij specie: cuius pars ad læuam decisa atque euersa ✠ imum lienis mucronem detegit,

detegit, quem alioqui vnà cum interaneis cæteris circundat. Geminæ omento membranæ sunt *g h*, à peritonæo pronatæ, adipeq; & vasorum surculis passim conspersæ: quibus velut vaginis interiora prouidens natura inclusit. ☽ Hàc caudex portarum in mesenterium disseminatur.

☞ Renes *Z* ambo supini altrinsecùs hærent, infrà iecur, in regione lumborum, lateribus cauæ venæ ad proliciendum è sanguine serum allocati: quod quidem præstant, vti cæterorum membrorum respublica vniuersa, nempè ἀῤῥήτῳ τῇ φύσεως βίᾳ, aut τῇ ὁμοιότητι τῆς ὅλης οὐσίας, totius substantiæ similitudine: aut, vt collineemus propiùs, ὀρέξει τῆς οἰκείας ποιότητος· hoc est, naturali desiderio, ac velut appetitu sibi conuenientis qualitatis. Renum dexter *α* plerunq; altior, sinister *β* depressior est. Quà cauam spectant, sinuati: extrinsecùs ad ilia, quasi in retusæ lineæ speciem more faseolorum globosi. Vtriq; suum inuolucrum adipe obsitum *γ* abstraximus, vt vasorum insertiones in resimam eorum partem sub oculos caderent. In mediæ Cauæ littera *δ*

posita demonstrat emulgentes venas, more dispessorum brachiorum vtrinq; eductas, perinde vt inferiores ♀, quæ in musculos dispensantur. Per emulgentes dilutior sanguis è proximis Cauæ sedibus exstringitur. Ita autem emergunt non absq; prouidentiæ ratione, vt ostium vnius alteri exaduersùm, sed non ἐκ διαμέτρου respondeat. Tenuitatibus admodum exilibus dispersæ in renum substantiam oblitescunt. ε Similis est arteriarum ex aorta lumbis annexa propagatio. ζ. οὐρητῆρες, canales neruosi, proceri sunt, è concauo renum producti, per quos vrina siue saccatus humor (ita nanq; Lucretio lotium indigitare placuit, quòd per corpus vniuersum quasi per saccum percoletur) in vesicam corriuatur. Vesicæ lateribus propè collum mirificè admodum implantantur. Non enim directò, sed reflexu sinuoso, & in anfractum conuoluto, Vesalio quidem, inter tunicam peritonæi & propriam vesicæ: Fallopio verò, inter duas proprias medij sese insinuant, ne illapsus in vesicam humor remigret.

Figura

Figura hæc renis interiora & pe-netralia exhibet.



REn parte sui re sima per medium dissectus subijcitur, quò pandi meliùs parietes, & introspici penetralia possint. Is α notatus est. Sinus eius medius β ceu venter quidam, aut cisterna, ab vretere efformatur, in quem lotium vndelibet ri uatum, nihil mordacitate sua quit labefacta re. γ οὐρητὴρ, id est, porus vrinarius in ramos aliquot, plerunq; autem nouem, nonnun quam etiam plures paucioresúe digitatim finditur, qui anserum pedes explicatos, ve interiores palmas digitis inuicem implexas repræsentant. Eorum extremitates in renis substantiam secundùm conuexa eius sensim oblitteratæ absumũtur. δ Dorsũ renis oblon gius

gius, quod intrà ſinum ſpectat, carne denſiùs ſtipata. ε Subalbidæ carunculæ, ſeu glandulæ verrucoſæ, ſecundùm dorſum renis more papillarum extuberantes, eiuſdem planè cum dorſo ſubſtantiæ, niſi quòd fungoſæ ſunt, ac poris, pilum haud permittentibus, paſſim peruiæ. Pori illi, muneri obſcœnum humorem in ſinum ſtillatim percolandi delegati ſunt: quæ eſt lotij à ſanguine ſeu ἀπόκρισις, ſeu ἔκκρισις, qualis ſeri à lacte ſequeſtratio. Secundùm quæ iam accipi Epheſij illa poſſunt ac debent, quæ de membrana incerniculi commentatur. Non enim aliud incerniculum, neq; colatorium aliud, aut ὑμένα ἠθμοειδῶς κατατετρημένον id eſt, membranula inſtar cribri plurimis pertuſa foraminibus quærenda eſt, præter dicta iam ſpiracula carunculartum membrana ſuccinctarum, quæ in dilaceratis diſtentiſúe carunculis velut ſtaminum acies cernere licet.

☞ Dicebamus in præcedentibus è renibus lotiū per vreteres deriuari in veſicā. Veſica igitur η corporis matula eſt, & lotij laguncula quædam, ſub pectinis os in antrum coxarum deiecta: in viris recto inteſtino, in

fœminis

fœminis etiam vtriculo annexa,& in genitale procumbẽs. θ Fundus siue elatissima sedes vesicæ, cuius medium tuber ι locũ repræsentat τ̃ οὐράχου, id est, meatus vrinarij, ad vmbilicũ pertinentis. Supra hunc, portio intestini recti κ, (quod vesicæ substratum in podicem desinit) visitur laqueo astricta. λ Corpus glandosum ad vesicæ collum est, quod à tergo suscipit vascula, semen à testibus delatum condentia. Quæ vasa autem semen deferunt, ea vides hic ad testes Δ primum conuolui, mox sursum versus posteriora vesicæ, more teretium neruorum resupinari. Litera μ ea notantur. Vesalius humillimæ vesicæ sedi, infrà corpus glandosum λ, subijcit σφιγκτῆρα musculum ν, ad penis radicem, vice ianitoris præfectum retinendo lotio, ne præter arbitrium & nolentibus effluat. Estq; velut fascis fibrarum transuersarum, in orbem vesicæ collum cingentium. Fallopio spincter superstat. Arantio is geminus est. Rationes horum librandas lectori perpendendasq; relinquimus. ξ. οὔρηθρα, fistula coriacea, qua lotium è vesica mictu forâs profunditur, è collo eius in

glandem


glandem vſq; directa. Ex eadem ſemen in mare euibratur. Aſsiſtunt ei vtrinq; duo corpora *o* penem conſtituentia, quæ in glandē mucronatam *ϖ* quaſi coaleſcunt. Virga ipſa *π* cernitur flaccida, nonnihil intorta inſtar *ſ*, quemadmodum ſubter commiſſura oſsium pubis procedit. Summa ſui parte ventri ſubſtricta eſt, cætera autem pendula. Scilicet hæc illa pars eſt corporis, quæ alterius coniunctione eget ad procreandum.

☞ *De vaſis genitalibus virj.*

VEnarum ſeminalium diſpar exortus eſt. Dextra enim *ρ* prodit è trunco Cauæ, ſecundùm ſpinam repentis, quæ ſanguinem fert depuratum, egregieq; percoctum. Siniſtra *σ* ab emulgente læua ſubtùs emergit, hauriens inde non expurgatum, ſed aquoſiorem ſeroq; dilutum ſanguinem. Totidem arteriæ *ℸ* ex aorta, priuſquàm Cauam ſuperſcendit, velut germina erumpunt, vitæ ſpiritum teſtibus affundentes.

Cæterùm vaſa hæc priuatim nunc libet primùm in maribus perſequi, figura propria

ac peculiari. Vasa igitur, quibus seminari-
um humorem ex emancipato sanguine præ
fingendi, & (vt sic dicam) delineandi pro-
uincia à natura delegata est, vtrinq; lente



ortu, neq; sine cunctatione è lumbis ad ilia
deuergunt, vbi in vnam compagem υ πυραμοειδῶς, id est, è basi latiore in mucronem
deorsùm fastigiatam coeunt. Mox dein su-
prà os pubis coxendicisq; regionem φ, ab-
dominis

dominis amplitudinem cum productione peritonæi χ egrediuntur, musculo comitata cremastere ψ, ex ilibus carnem assumente, qui testium suspendiculum quoddam est. Statim vt exciderunt vasa, admirabili sui contortaq; implicatione capreolorum vitium, hederæue, aut calamistratorum cincinnorum æmula, in varicosum corpus ω degenerant. Quo in itinere mora ea, quam natura viarũ perplexitate nectit, vis seminaria ex sanguineo in album colorẽ, velut rudimentũ futuri seminis, demutatur, haud dubiè ἐπιρ-ῥοῇ τῆς δυνάμεως, id est, facultate à testibus irradiatione quadam dimanante. Plexus varicosus ω per inguina ad testes ita labitur, vt corpora eorum non subeat, sed ijs propter caput incumbat, vndè ἐπιδιδυμὶς meritò dictus est. Testes Δ ob vim tùm σπερματοποιη-τικὴν, qua pollent ipsi, tùm procreandi, quæ inest, prima gignendi organa, maribus extant, prominentq; : qui τοῖς θλασίαις ἢ θλαδίαις franguntur rumpunturq; , θλιβίαις colliduntur atq; atteruntur, ἐκτομίαις funditùs partium illarum stirpes inciduntur, spadonibus euelluntur: eunuchis vnà cum cole demetuntur, qui castrati inde dicti sunt.

Mollis eorum & cauernosa, glandulæq; assimilis substantia, duabus tunicis ijsdemq; proprijs conclusa est, si à duobus illis communibus inuolucris, rugoso nimirum scroto, atq; carnoso, vniuersum obeuntibus corpus discesseris. Earum exterior hîc obuia, quoniam carneis fibris conspersa subrubet, ἐρυθροειδὴς : mitra altera proximè & immediatè ambiens, ὑμὴν νευρώδης appellatur, quam genitalia vasa surculorum benignitate sparsim attingunt. Ab epididij mide primordia ducunt vasa semen deferentia μ, conuoluta primùm illa, & ad humilimam testium sedem contorta, vnde sursùm instar nerui teretia resiliunt, mox in præceps iterùm acta per decliue coxarum spacium, in varicosos astites (quos in inuersa vesica vrinaria χ littera suprà notauimus) amplianttur, tandemq; in οὔρηθραν desinunt, per quam stimulante Venere semen euibratum muliebria conserit arua.

Vasa generationi famulantia in fœminis.

Pleræq;

PLeræq; gignendi partes fœminis cum viris communes ſunt, exceptis teſtibus, qui in altum corporis penitiùs abſtruſi iacent, neq; extrà ventrem pendent, atque vtriculo (Timæus Platonis aruum verecundè nominat) medijs in Ilibus, vbi naſcendi conſiſtunt initia, & in quem humor corporis, in quo naſcendi materia ineſt, & cauſſa gignendi, cum ſenſu voluptatis ad propagandam ſucceſsionem ex adiugato corpore emittitur, atq; coaguli modo in ſe ſe primùm glomeratur, omnem ferè cibum ad ſeſe rapiens, eoquè ſeptum tempore dein corporatur, in ſpeciem hominum figuratur, ac demum animatur, vitaquè imbuitur. Idquè fit ſecundùm eos, quibus tradux animæ, hoc eſt, deriuatio eius vnà cum ſemine in conceptum abſurdus videtur, maribus quidem maturiùs, fœmellis ſeriùs: illis die quarto ferè ac quadrageſimo, his quinquageſimo.

Sed diuortium ſententiarum de origine & inſertione animæ ab ancipiti vendicare, neque noſtri iuris, neq; huius

 loci

loci eſt. Sufficiat ſcire in præſentia, ſerendarum animarum rationem vni ac ſoli Deo ſubiacere, qui legem naſcendi tenet ſolus, ſiquidem ſolus efficit: cuius munus eſt,



quòd

quòd ſpiramus, quòd viuimus, quòd vigemus.

Commiſtio genitalium venarum ρ σ, & arteriarum τ, inſtar habet pyramidis υ: è cuius mucronato cono ſurculi quidam *a* in fundum vteri diſſeminantur. Ab hac init plexus ille varicum imagine *c*, ſimiliter pyramidalis, cuius baſis teſti commiſſa eſt. Teſtis mulieris *b* ſimus atq; compreſſus, virili mollior & humidior, multis conſtans veſiculis, ſibi inuicem annatis, in modum varicoſorum παραςατῶν, id eſt, veſicularum, in quibus ſemen ad eiaculationem tanquam in penuarijs cellis colligitur: quibus etiã multò ſimilior, quàm teſti videtur. Vnica ambitur membrana prætenui, cui tàm vaſa ſemen in vterum comportantia, quàm contextus varicoſus applantantur. Nanq; peritonæi proceſſus, quo vterus, & quæ ad hunc pertinent, ſtabiliuntur, ſubter duntaxat teſtem perſtringit, non autem circundat, neq; inuoluit.

Quocircà etiam vaſa ſolùm circumſtant, temerarioq; circumuectu, vt in viris, teſtem amplectuntur, ac ſemen excipiunt

per membranæ tenerioris ſpiracula reſudans, quæ in cadaueribus ſpiritu caloreq; profligatis occæcantur. Quà teſti accumbunt ea, ἐπιδιδυμίδῳ nomen quibuſdam meruêre: quà verò recedunt ab ijs, & itinere flexuoſo, in gyros atq; vertigines tortilium lumbricorum, aut more alarum in veſpertilionibus voluuntur, donec in vterum hiſcant, deferentia appellantur. Quo autem loco dehiſcunt, vtrinq; in vtero eminent obtuſiores apices (græci ἀποφύσεις μαστοειδεῖς vocant) inſtar ſororiantium mamillarum, aut cornuũ iam mox prorupturorum. In brutis cornua veriùs dixeris, quàm in hominibus. Fœtæ mulieris vterus e (qué locos alio nomine appellant, & ab inuoluendo voluam, nos ab anguſtia, Gurguſtium, quod inhabitamus, priùs quàm in lucem edimur) in coxarum capacitate inter rectum inteſtinum, & veſicam hîc in latera reiectam, ſitus eſt, qui cùm grauidus non eſt, refert formam maiuſculi pyri. Vtriſq; ope tenuium vinculorum aſtringitur, quibus laxatis, vterus veluti arboris ramus huc illuc versùs Iliaſusq; deq; errare licenter poteſt, iucũdos

odores

odores veſtigando affectari, fœdè olentia contrà refugere: quo nomine ζῶον Plato eum nuncupauit, Aretæus σπλάγχνον ἄγχιστα ζῶῶδες. In interiorem eius capacitatem per dicta iam cornua iter eſſe contendit Galenus, quo ſemen infertur, quod comprobare videtur ſeminis in prægnantibus emiſsio.

Vterus grauidus, & fœtu turgidus hîc effingitur, & vt facies eius interior appareret, quadrifariam ſectus ipſe, & partes □ euerſæ, valuarumq; ritu diſpeſſæ ſunt. Membranæ fœtum inuoluentes duæ ſunt, teneræ & tranſparentes; vna externa Chorion ζ, cuius conuexa pars matricis concauæ ità adaptatur, vt nuſquàm cohæreat, niſi ad orbicularem affuſionem, qua inter ſeſe ſuperficies tanquam glutine vna alteri deuinciuntur. Affuſio ea η (Placenta Fallopio dicta) eſt nihil aliud, quàm glomus quoddam, ex vario, & interim planè mirifico vaſorum vterum petentium, & eorum quæ ab vmbilico fœtus noua illis quaſi aggenerantur, implexu contextum, cui ad ſecuritatem ſanguis interſpergitur. Simitudinem geri


 ſpeci

ſpeciemq; ſanguinis conturbati, ardore to-
ſti, exhauſtoq; vapore aridi, atq; concreti, cu-
iuſmodi eſt, τῶν παρεγχυμάτων ἢ προχυμάτων. Chorium θ quod de ſegeſtribus fœtus
vnum eſt, paſsim palantibus venulis & arte-
riolis conſpergitur, quarum illæ ſanguinem
menſtruis cieri ſolitum circuitibus, hæ ſpiri-
tum afferunt, in meditullio affuſionis orbi-
cularis coëuntibus, quibus vteri vaſa * in
diſpeſsis valuis adumbrata reſpondere de-
bent. Totidem autem numero ſunt, quot
ipſe vterus habet. Vteri fundus ι, ſuprà
quem portio inteſtini recti κ conſpicua eſt:
λ ceruix eiuſdem, vnde init ſinus muli-
ebris, ſiue genitalis ſulcus, in quem collum
veſicæ μ inſeritur, lotium eò profundens.
ν Vaſa inferiorem partem vteri, ceruicem &
ſinum implicantia, quorum origo eſt, ab ijs
ramis, qui vtrinq; ad coxas & crura conten-
dunt. ξ Veſica vrinaria euerſa. Hæc vice ſtra
guli embrijo in vtero ſuperiacet: queādmo-
dum inteſtina, tanquam culcita alui ſtercori-
bus farta atq; inculcata, eidem ad decubitū
ſubſternuntur. Tam fribola authore Plinio
animalium origo eſt, quæ ſecundum Arnobi

um, in

um, in vtero dum ſunt, inter ſtercoris vtres, & ſaccati humoris obſcœniſsimas ſerias degunt. *ο* οὐρητῆρες ſiue canales vrinarij, in vtrunq; latus abiecti. *π* Os ceruicis vteri. *1. 2* Exſtantes colliculi eiuſdem, iuxtà quos labiorum modo margines orificium ambiunt.

Apertis ſummotisq; inuolucris quibus τὰ ἔμβρυα ad diem vſq; natalem quaſi indor-



miunt, conſpiciuntur iam vaſa vmbilici, ex collectione circumquaq; diſperſa, & in orbicularem affuſionem oblitterata. *A* Chorion. *B* Orbicularis affuſio, ſiue carnea ſubſtantia ipſi obnata, orbi plenæ lunæ ſimilis. In chorij internam ſuperficiem *C* vaſa

vmbilici priùs velut in fascem collecta digeruntur. Ea littera *D* notata sunt. *E* ἄμνιος membrana priore tenerior, velut tela aranei, & fœtui, quem hîc exclusum esse cernis, extrinsecùs in orbem proximè circumiecta. Chorium totum succingit. Funis vmbilici *F*, per quem ceu tubulum quendam fœtus prima fomenta suscipit, hoc est, tùm sanguinem ad nutritionem, tùm spiritum vitalem ad sui refectionem suggit: quo nomine Salomon ei sanitatem imputat. Quinetiam AEgyptij grassatores, qui pro supplicio viui hodie exuuntur corio, satis confirmant, quantum is momenti ad vitam sustinendam & succidendam habeat. Nam ita demùm magno cum cruciatu viuunt, si tortor vmbilicum ferro non attingat. Eo tacto, illico exspirant. De caussa huius rei sanè mirificæ, quam indicare solùm, non explicare voluimus, doctioribus quærendum erit vlteriùs. Conditus is est ex vena, aliâs vna, aliâs gemina *G*, & duabus arterijs *H*, ὀυράχῳ item *I*, iuxtà Vesalij quidem opinionem, vbi amnion excesserit, desinente, lotiumq; fœtus in interiectum vtriq; inuol-

uenti

menti membranæ ſpacium exonerante. Sed
non reperitur is, niſi in cornutis, & vrina
intrà amnion citrà noxam ob ſudoris ammi-
tionem colligitur, vtriſq; inuolucris vndiq;
adeò pertinaciter inuicem commiſsis, vt in-
ter ea neq; recipi quicquam humoris, neq;
colligi poſsit. Omnia vaſa induit *K* κέλυ-
φ@ δερματικὸν, id eſt, putamen coriaceum,
nodis quibuſdam *L* non interceptum, ſed
diſtinctum. Omnes hi canales in iam e-
ditis in lucem feriati ceſſatione torpere ſo-
lent, reſideſq; tandem exoleſcere. *M* Cæ-
ſo ſiue fœtus ante natalem diem vtero ex-
emtus: quem ritu Naturæ capite gigni mos
eſt, pedibus efferri. Nanq; ſub enixum
circumagitur. Secùs Agrippis accidit, qui
naſcentes in pedes procedunt ſeptem non-
nunquam, aut plerunq; nouem Lunæ cur-
ſibus, qui menſes appellantur, quia menſa
ſpacia conficiunt. Ita autem die natali in
lucem abijcimur pariter omnes, vt vſuram
eius protinus à principio vagitu lamentabili
teſtificemur, quod augurium vitæ eſt, à pœ-
nitenda origine, ad fragilem conditionem,
crebramq; ſortem calamitatum: cuius qui-
cunq;

cunq; semper memor fuerit, is demũ æqua lance vitam pensitâsse suam censendus est.

SCELETVS QVO *series oßium atq; compages ἐκ κεφαλῆς εἰς πόδας in conspectu ponitur.*

NEmo callet, inquit Ecclesiastes, quemadmodum ossa formentur in aluo materna. Habent ea in humano corpore mirabiles commissuras, & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem: minime solida, ne in gradiendo pigritia & grauitas retardaret: sed cauata, & ad vigorem corporis conseruandum medullis intrinsecus referta Eorum συντάξις siue constructio ἀναλόγως, hoc est, temperatione partium, coaptatione ac responsu, numero, proportione quadam artificioq; naturæ compacta, neruisq; substricta, σκέλετος græcis dicitur. Diuiditur

put,

ciem.
κρα-
te ex.
pressa
starq;
φὰς:
n tra-
turis
i sana
iurijs
tissi-
iens,
sagit-
& ad
dquè
Partu
est.
eteres
quis-
tteris
Qui
auto
serui

cunq;
lance


SC

seri

c

NEr
m
na. H
les con
ad art
motun
minim
grauit
rem c
trinsec
structi
tium, c
portio
cta, neruisq; substricta, σκελετὸς græcis dicitur.

Diuiditur



Viue memor mortis, ſed cum ſpe diuite vitæ
Perpetis: illa pios poſt ſua fata manet.

græcis
uiditur

Diuiditur is tripartitò in Caput, Truncum & Artus.

. Capite complectimur caluam & faciem. Calua cerebrum vt galea integit (vnde κρα-ίον dicitur) globosa, nisi quòd in vertice exuberat, circa tempora vtrinq; compressa est. Ex suturis ossa eius pectinatim instarq; serræ dentatæ coaluére, quas græci ῥαφὰς: de quibus suprà. In feruidis terrarum tractibus nonnunquam sine eiusmodi suturis calua est, ἀῤῥαφὴς, qualis Hippocrati sana putatur, nempè firmissima, & ab iniurijs & extrinsecùs imminentibus malis tutissima. α Os μετώπȣ Frontis prominens, quod in medio sæpè finditur, sutura sagittali ad μεσόφρυον, id est, intercilium, & ad radicem narium prorsùs pertinente, idquè in viris pariter atque in mulieribus. Partu in lucem edito molliculum adhuc est. Eo autem loci τὸ α statuimus, quo veteres seruorum suorum frontem, si quid deliquissent grauiùs, pœnæ nomine litteris per ignominiam inurere soliti sunt. Qui Plinio sunt vultus inscripti: Plauto

serui

ſerui inde litterati dicti. Vtrinq; ad *α* quaſi frontis proiectus eſt, vbi ſuperciliorum ſubgrundia orbitæ oculorum obiacent. In auerſa parte occiput hîc occultatur. Quod vtrunq; interiacet, *ἰνίε*, id eſt, verticis os eſt *ϐ* vnde tanquam è centro circulus, capillorum ſeges in orbem minimè indecorè vertitur. Horum primum commiſſura coronaria, alterum lamdoide, tertium ſagittali ſiue virgata definitur. Vtrinq; ſunt oſſa temporum *κροτάφων γ*, ſic dicta, quòd pulſus arteriarum illhic euidens, & inflicta plaga lethalis ſit. A multitudine autem proceſſuum *πολυειδῆ*, à duritie petræ *λιθώδη* nuncupantur, ſuturis, quæ imbricis more applicantur auribus, circumſcripta. *δ* Os genæ ſuperioris, cuius caro, qua inueſtitur, eminentior & verè lactei ruboris, corporis bene nati genuinam ſucculentiam præſe fert. In hac ſedem pudoris eſſe natura voluit, qui tanquam perſona ad peccandum opponeretur: indubitatum in puero argumentum indolis, & ſignum probitatis. Hippocrates à forma in ſpeciem orbis globata *κύκλον προσώπε* appellat: Pollux *μῆλα*.

Id

Id aliqua sui parte, processu nempè retrò exporrecto, ζύγωμα siue os iugi specie absoluit, quod os temporum super foramen, per quod facultas audiendi est, incohauerat.


ε Os genæ superioris, cui & foramen incisum est, nerui proximè subter oculi orbita foras elabentis, & mortariola dentium superiorum impressa. In palato recta sutura discriminatur. ζ Maxilla inferior, osse vnico prædita, in recèns natis etiam gemino, cuius loculamentis inferior dentium series radicibus depacta suis hæret. Ea sepi siue maceriei superiori respondet. Dentibus in ore constructis manditur, atq; sub his extenuatur, & molitur cibus. Primæ digestioni præfecti sunt, quam rudiùs etiam incohant. Quinimmò & locutionis potissimùm ratione dentes planè sortiti sumus homines, quando ad litterarum pressiorem pronunciationem, sonorumq; distinctionem conferre plurimum constat: & præter cæteros egregiè quidem primores, vocis sermonisq; regimen tenentes, quippe qui concentu quodam excipiant ictum linguæ, seriemq; structuræ, ac magnitudine mutilent aut he-

betent verba, & cum defluxêre, explanationem omnem adimant. Vnde & infantes non antè incipiunt fari, quàm dentes habuerint, & senes amissis ijs sic balbutiunt, vt ad infantiam reuoluti denuò esse videantur. Vtrobiq; sunt sexdecim, statutis temporum curriculis erumpentes. Quatuor aduersi, à secandi munere τομεῖς & διχασῆρες, ab acutie ὀξεῖς: quòd inter ridendum verò restricti nudentur, γελάσινοι nominati. Hi morsu escam diuidunt. Intimi decem vtrinq; molendo eandem conficiunt, latitudinem ad eum vsum nacti planam. Ab emersu admodum sero, & ætatis perfectione, ὀψίγονοι καὶ κραντῆρες: ab insertione clauorum simili, γόμφιοι: cumq; mussitantes pueri enitentibus ijs fari soleant, φρασῆρες appellati sunt. Postremi autem priuatim σωφρονισῆρες, quòd tùm σωφρονεῖν, id est, temperantes esse incipiamus. Auicennæ ex argumento, dentes sensus & intellectus. Vtrisq; interlocati sunt, præ cæteris magis exerti, & in meditullio constituti, κυνόδοντες canini, partim in acutũ producti, partim lati. Perpaucis dentes συμφυεῖς sunt, id est, os vnum extentum, intercusanti-

cursantibusq; lineis ad dentium speciem distinctum. *a* Nasi ossa à iugo siue dorso eius diuisa, vtrinq; singula ad malas deuergentia, spiramentaq; narium includentia: quorum infimæ parti πτερύγιον siue pinnula adhæret. E dorso diaphragma imbricem narium constituit. Isthmum & intersepimentum aliàs vocant.

Basis caluariæ, quà trunco insidet.

a OS occipitis, camera cerebelli, patentissimo perterebratum foramine, quo medulla dorsalis (cerebrum analogia referens) in tubum spinæ traijcitur, & in vniuersum corpus diuersos st[illegible]nes emittit. Quod si os hoc audentiùs procurrat tubere suo, hoc est, rotundum ex caluariæ osse extrà solidum eijciatur, προβολὴν Hippocrates vocat. Nobis verbum è verbo exprimentibus cum Vitruuio proiecturam vertere liceat. *b* Eius capita duo vtrinque procedentia, primæ ceruicis vertebræ coartantur. *c* Processus ossis temporum teres gracilisquè,



ſub corneolo aurium introitu, referens calamum ſcriptorium, ςυλοειδὴς *d*: Alter eiuſdẽ iuxtim ſub via auris mammæ ritu protuberat, μαςοειδὴς πόρος ἀκυςικὸς *e*, de quo deinceps plura. *f* Os iugale ζυγῶδες cauis temporum arcuatim tranſuerſimq; obtenditur.

ſncohatur ab osse temporum, & processu eius osſis genæ ſuperioris, in quo μῆλον eſt, abſoluitur. Dicto arcui τοῦ ζυγώματος ſubeſt σφηνοειδὲς *g*, quod cuniculatim osſibus caluæ & maxillæ ſuperioris intermittitur. Ei ſpecies cunei nomen fecit. Interna ſui facie arctiore ſellam efformat, in quam glandula pituitaria Cerebri ſuperuacua inſtillat. Proceſſus emittit concauos vtrinq; ſingulos *h*, qui ad poſtremum maceriei dentium, inſtar alarum in veſpertilionibus deorsùm panduntur, reflexu ſuo palatum finientes. *i* Portio osſis maxillæ ſuperioris, in quo μῆλον eſt. *k* Os genæ ſuperioris, quod ſepit ordo dentium, ſub palato ſuturæ beneficio in duo diſpeſcitur. *l* Os in palati fine tranſuerſim præcedenti velut aſſuitur. His duobus osſibus supernè imminent atq; inſiſtunt, anteriore quidem parte, διάφραγμα naſi, cuius paullò antè meminimus : poſteriore verò os vomeris *m*, diaphragmati conterminum. Ab vtroq; tanquam interfinio nares *n* feneſtrantur. Intrà narium amplitudinem ſtatim aduerſa ſunt intuentibus σπογγώδη osſa, velut lamellę tenera atq; poroſa. Interiùs autem,

ad ſummum narium abſconditum eſt τὸ ἠθμοειδὲς, (Colatorium noſtræ ſcholæ vocant) ſpiraculis exilibus cùm aëri & odoribus, tùm etiam interiorum exhalationi peruium.

Aurium meatum, quem priùs reliquimus, nunc in petroſo ſiniſtri lateris oſſe, quod è calua exemtum eſt, exhibemus, tùm cauitatem earundem ſecundam, & feneſtellas geminas, per quas aëri ſonum ferenti diſcurſus eſt.


VT ordiamur à penitioribus α ſecundus auris meatus eſt: ϐ primus ſtatim foris obuius, ſemperq́; patens introitus corneolus, quo vox ad animum meat. Tortuoſum iter habet, multisq́; cum flexibus, ne aër ſubitò irruens, ſenſum, qui harmonia quædam eſt, lædat: tùm etiam ſordium plenum, vt ſi qua beſtiola conetur irrepere, in ijs tanquam

quam in visco adhærescat. Latini aurium marmorata dicunt authore Plinio, iuniores etiam cerumina. Linea trasuersa quæ suprà γ circuitu



quodam, in intima primi meatus ora sursùm educitur, crepido est, è qua per abruptum in secundam auris cauitatem scruposam, & multum habentem in se asperitatis descenditur. In ambitu crepidinis membrana extenta cauitatem vtranq; discludit, atq; intersepit, tenera illa, at dura tamen, quó ab aere icta clariùs perstrepat. Nam semper meliùs personat, quod exaruit tympanum obduruitq;. Membranæ intersepientis dorso chorda perinde vt neruus militari tympano attenditur, cuius ope tergemina ossicula membranæ implicantur. Eorum vnum malleolo, alterum incudi, tertium equestri stapedi forma δελτοειδῆ respondet. Malleolus ι vtrunq; processum membranæ impingit : tubere autem suo γλωοειδῆ κοιλότητι

 incu



incudis sese offert, eiq; inarticulatur. Incus 2 duobus cruribus innititur, quorum breuiore affirmatur tympano, longius autem summo stapedis apici obligatur. Stapes 3 basi sua fenestræ ouali immersus vestibulo labyrinthi insidit. Ossicula hæc ita affabrè sibi inuicem per ἀρθρωδίας deuincta sunt, vt omninò dubium non sit, quin subeuntis externi aëris appulsu vibrata, & ad membranam allisa, perindè aut multò etiam magis ad διάρθρωσιν conducant sonorum, atq; dentes ad vocis explanationem, litterarumq; expressiorem enunciationem. Sed facilius est talibus præsertim de rebus, quid non sentiamus, quàm quid sentiamus dicere. Dum per abruptum infrà crepidinem descenditur in cauitatem secundam, quæ congenito spiritu differta est, aduersum spectant duo foramina, quibus eam cauitatem natura quasi fenestrauit, vnde Fenestellas nominare placuit. Earum vna superior est, ouata specie: altera inferior, retrusa atq; abdita: illa Oualis dicitur, hæc neq;dum indigitata est. Vbi a est, ibi os fenestellarum in altitudinem

nem quaſi cliuulum quendam editum aſſurgit, propter cuniculos, qui ſubter cliuo in Labyrinthum & Cochleam furtim quadantenus aguntur. Cæteræ partes deiectæ cancellatiſq; cauernulis atq; receſsibus plenæ ſunt, præbentibus ſeu ſuffugia, ſeu diuerticula congenito ſpiritui, qui quò purior eſt, magisq; terſus, eò liquidiùs audimus. *d* Os ſtyli ſcriptorij forma, corneolo aurium introitui ſubiectum. *e* Mucro oſsis petræi, intrà caluariam verſùs lectulum oſsis cunei porrectus: qui quadam ſui portione foramen, in amplitudinem faucium retrò dehiſcens, efformat, per quod è ſella oſsis cunei purgamenta cerebri abijciuntur.

Sequens figura delineationem proponit reliquarum duarum cauitatum, quas Naturæ placuit in profundo oſsis petræ penitiùs abſtrudere, vt niſi oſſe eò proximè ſub feneſtellis diſſecto, cerni haud queant.

ζ EXhibet Cochleam, arte quadam & machinatione ſpectabilem: η verò Labyrinthum duabus tribusué inſignem ſeu conclauibus, ſeu concamerationibus, in quas è feneſtris itinera



ſunt, ex ouali quidem aliquot anguſtiſsima, ex innominata altera vnum amplum, ſed flexuoſum, quaſi obiter eò directum. Nam in Cochleam, à tortili ſpirataq; buccinnorum cochlearumué ſtructura ſic cognominatam, præcipuè aperitur. Atq; hæc quidem loca omnia læuatiora læuiaq; ſunt, atq; exilibus membranulis quaſi iniecto tectorio obiter conſtrata: denique congeniti ſpiritus aſsiduis verberibus pauimentata: quò per lurica viarum expeditè citraq; offenſionem neq; vſpiàm interſiſtés ſoni qualitas labi queat.

Nimirum in aurium fabrica ſpectatur illa ἐυρυθμία, quæ in architectorum operibus tria complectitur: τάξιν, διάθεσιν καὶ οἰκονομίαν. Aër igitur ſoni imbutus qualitate (quem Auicennas non inſcitè vndam vocalem appellat) primùm membranæ per introitum corneolum placidè alliditur. Membrana

momento characterem ſoni ſuſcipit, perſo-
nandoq; oſsiculis ceu graphijs quibuſdam
(mihi enim valde perſuadeo,hunc ſtylum na
turæ eſſe planè mirificum,quem nequeas ad-
miratione conſequi) congenito ſpiritui arti-
culatim inſcribit: qui porrò imaginem ſoni
per Feneſtras in Labyrinthum, mox indi-
dem in Cochleam defert, vbi longa ambage
ad neruum ἀκουστικὸν ſpiratim traijcitur, à
quo ad communem ſenſum, arbitrum acce-
ptarum à ſenſibus exterioribus formarum
ſpecierumq;, ac velut animi protonotarium,
dimanando εἰς τὰ ἡγεμονικὰ (vt Plato loqui-
tur)demùm pertinet. Et hæc nobis quidem
eſſe ratio κοινωνίας ſonorum videtur.Reliqua
aliorum ſtudijs relinquimus: quibus Quin-
tiliani illud ſuggerimus: pigri eſſe ingenij,
contentum eſſe ijs,quæ ſunt ab alijs inuenta,
ſiquidem mentis acrimoniæ nihil non hu-
manarum rerum ſubijcitur.Neq; diffidimus,
ſagaciores,id quod nos in ijs, quæ oculatam
diſciplinæ anatomicæ cognitionem non o-
mninò refugiunt,adipiſci nequijmus, con-
ſequi adhuc poſſe.Alius enim alio plus viri-
um ha-

um habet. Nunc ab excursu in semitam redimus, & ad σκέλετον reuertimur.

II. Sub aduerso collo vtrinq; sitæ sunt clauiculæ siue iuguli θ, quibus compages colli cum trunco constituitur, græcis κλεῖδες dictæ, quas in prælio fregisse fertur Philippus Macedo. Cauum medium, quo disparantur iuguli, σφαγὴ appellatur, sub qua θυμὸς est. στέρνον os oblongum ι sub clauicula pars est pectoris, quò concurrunt costæ: ita dictum, quòd inibi sit τὸ στερρὸν τοῦ νοῦ, id est, mentis firmitas, quando eo loci cor est, καὶ τὸ ζωτικὸν, siue vitalis portio, vnde mens sibi vim haurit. Id finit ξιφοειδὲς + à similitudine capitis gladij. Ab extremo enim sterni velut aptum paullò super περικάρδιον, stomacho vice propugnaculi est. ὠμοπλάται κ (latinis scoptula operta, aliquando & scapulæ) à tergo, quà deuexæ sunt, spinæ dorsi incumbunt, quibus collum fulcitur. In alarum modum exstant ijs, qui tabi sunt obnoxij, alati inde nuncupati. Eorum cauitati humeri caput insinuatur. λ Crates costarum fornicata, cuius amplexu interna viscera conteguntur, vt munitiora sint. πλευραὶ siue costæ

duodenæ

duodenæ sunt, quibus pectus Natura consignauit: septem γνήσιαι germanæ, superiores & maiores, κατ' ἐξοχὴν nomine generis insignitæ. Quinq; νόθαι adulteræ sub pectore, minores & breuiores. μ Os sacrum, vel à granditate ita dictum, vel quia membra generi propagando includit: à situ autem ijs, qui exquisitione originum, id est, etymologijs gaudent, ὑποσπόνδυλον subuertebrum. Nam velut fundamentum substernitur vertebris reliquis. Vertebrarum (quas ita translato nomine de verticulis fusorum appellarunt) in collo quidem septenæ sunt, in dorso duodenæ, in lumbis quinæ. Septendecim posterioribus omnis spinæ flexus continetur: super 7 superioribus collum conuertitur. Has igitur sacrum os finit, quod ipsum quoq; de pluribus consertum est ossibus, vertebratim sibi mutuò connexis, plerunq; 5 multoties 6, in cadauere à nobis secto 7, vt subiecta figura sub littera μ demonstrat. κόκκυξ ν Cauda, ab ima parte sacro appensa demittitur, ossibus 4 teretibus structa.

Tot



Tot nimirum vertebratis ossibus inuicèm colligatis, spina dorsi absoluitur, quæ in animali id planè est, quod in nauigio carina. Eius medius tubus, quo ad decursum dorsalis medullæ perterebrata est, ἱερὰ σύριγξ appellatur.

ξ Ossa quæ sacro pertinaciter vtrinq; astricta sunt, varia indipiscuntur nomina. Summa enim pars ab ilibus, os λαγόνων: ima à pube, ἐςτιῶ ἥβης: media, vbi os femoris in vertebro secundùm Vallam, aut potiùs acetabulo voluitur, ἰσχίον nominatur. ο Cartilago, qua tanquam ferrumine ossa ea ad pubem cohærent.

III. Restant κῶλα siue artus, Manibus prior dos est, vtpore rationis sapientiæq; ministris, & instrumentis πρὸς τὰς τέχνας aptissimis: quibus solus homo, quoniam ratione vtitur, & in eum artes cadunt, à Deo

dona-

[illegible]onatus est. Brachium π inter scapulas & [c]ubitum medium est, cuius summum caput [i]n orbem rotundum in scapularum verti[c]illato osse ita collocatur, vt manus vtrolibet [a]gitari ac contorqueri expeditè queat. Ima [c]auitas ad cubitum τροχλιώδης est, id est, [o]rbiculis trochleæ similis. Ab huius flexu [c]ubitus init, duobus constans ossibus: quorum maius ϱ. πῆχυς vlna, vnà cum brachio [q]uasi rotatione trochlearum circumactuquè [v]oluitur. Minus ei assistens σ. κερκὶς dicitur, nobis radius. Hæc duo fines suos [i]n carpum 7 demittunt ossibus octo στρεβιλοειδῶς, id est, turbinis figura compactum: [i]n quo continentes arteriarum pulsus emicant, & à medicis iniecta manu explorantur, vbi radix est extremæ manus, & prima palmæ pars. μετακάρπιον υ torus antè digitos expansus, latinis palma est, quatuor conditus ossibus, mutuo deligatis coalitu. φ Manus extima, in quinq; fissa digitos, quorum primus à pollendi argumento, quòd toti manui solus æquipolleat, pollex, & ἀντίχειρ vocatur. Secundus index demonstrator & salutaris. Tertius siue medius ob muneris

generis infamiam, verpus, & impudicus, quòd protenſus ipſe, duobus alijs vtrinq; complicatis, inguinis ſpeciem quandam exprimit. Perſius ad genus quoddam ſani æ refert. Quartus annularis, & à prouincia medicus, quo priſci ſolebant pharmaca olim miſcere. Quintus auricularis & minimus. Digiti pariter omnes δικόνδυλοι ſunt, quindecim continentes φαλάγγας, quæ & σκυταλίδες ſunt, hoc eſt, internodia in aciem quaſi diſpoſita: quorum commiſſura cum mollior aliquanto ſit, etiam contractio facilis eſt, facilisq; porrectio. σησαμοειδῶν oſsium, quæ ad compagum inanitatem infercien dam, & ſtabiliendis articulis ſubſtrata ſunt, incertus planè numerus.

Initium crurum (quibus veluti ſtatuminibus erecta corporis compages innititur) à coxendice eſt, quæ corpus δίχηλον reddunt: ab ijs enim findi iam incipit. Os femoris χψ non rectum, ſed repandum notant: & prior quidem chara er χ prægrande eius caput, quod coxæ profundè immerſum in ſinu eius vertitur. Suprà quod collum gracileſcens inſiſtit duobus proceſsibus,

quos

quos τροχαντῆρας vocant, id eſt, rotatores. Ossa genu, vbi femur extremitati tibiæ committitur, obiter nodis flexuræ adhærentia & verſatilia. Pauſanias molas vocat, nos patellam: à qua auerſa pars poples nominatur. Infrà genu σκέλος, id eſt, tibia, ſimiliter cubito διόστεον. Maius *a* nomen obtinet totius, alterum minus *b* fibula vocatur: græcis hoc περόνη: illud κερκὶς dicitur. Huius infimæ partes *c* malleoli ſunt, non modicè prominentes & excarnes.

Pes dicitur quicquid infrà eſt, ὄργανον μεταβατικὸν, id eſt, inſtrumentum gradiendi, quòd per eum loco moueamur: præterea conſiſtendi etiam fundamentum. τριμερὴς is eſt. Prima eius pars continet os calcis, cui ſceletus noſter inſiſtit, ideò hîc non obuium: & Aſtragalum *d* diſsimilem ijs, quorum in ludicro ὀστομαχίῳ, ſiue ludo talario vſus eſt, qui ouillis obibatur: & σκαφοειδὲς, à cauitate lintris ita cognominatum. De aſtragalo qui plura exigit, ei coſulenda erit noſtra ſynopſis oſsium, in qua caſtigatus à nobis eſt locus Ariſtotelis 2. hiſt. animal cap. 1. vel ab authore perperàm ſcriptus, vel ab Ariſtarcho quodam

 plebe-

plebeio ita detortus, qui maculam hanc candidissimo loco illeuit, luxando systema orationis, quod in artus ope nostra rediit. Præter hæc, continet tarsum *f*, quatuor structū ossiculis, quorum tria nominata sunt: quartum κυβοειδὲς, à cubi siue tesseræ forma dicitur. Secunda pars *g* πεδίον siue planta, vniuersi corporis fundamentum, porrectior longiorq́;, vt stabile corpus efficeret planitie sua. Quinque ossibus compacta est vti carpus, cui respondet. Ab his pars tertia oritur, scilicet series digitorum speciem magis, quàm vsum præferentium, qui omnes δικόνδυλοι sunt, & gradatim compositi, & ternas σκυταλίδας habent, sequestrato pollice, qui μονοκόνδυλος est, & duabus tantùm scuticulis præditus. Inter articulos horum similiter incerto numero sita ac ceu suppacta sunt ossicula σησαμοειδῆ nuncupata.

In profundo corporis delitescunt adhuc alia duo ossa, ὑοειδὲς vnum, & alterum κτ̃ τὴν κεφαλὴν τῆς καρδίας. Prius illud à specie τ̃ υ appellatum basi sua *a* linguæ radici substernitur, vndenis coagmentatum ossibus: quorum humiliora cornua *b*, scutiformi laryn-

gis



gis cartilagini adalligantur: proceriora reliqua γ, ſurriguntur ad proceſſus ſtyli ſcriptorij modo exertos.



Cordis os conterminis radicibus oſtiolorum arteriæ venalis *1*, & aortæ *2* adiacet, abtruncatum circuli quadrantem penè abſoluens. In alijs animantibus χονδρῶδες eſt, in quibuſdam χόνδρος ὀστώδης: in nobis, qui corda habemus ἀνόστεα & humectiora, ferè tantùm ὀστέα σκληρότερα.

Hactenus præcipuorum membrorum, id eſt, partium corporis rationem, quaſi prima elementa Naturæ, pro vt quidem ingenij mediocritas, aut puſillitas intelligentiæ no-

 ſtræ

ſtræ tulit,ſumma quæq; leuiter decerpendo, non tàm explicuimus,quàm rudiore penicu-lo delineauimus: idq; non eò, vt cornicum oculos, quemadmodum dicitur, hoc eſt, vt ſi quid apud maiores noſtros fuit in iſto ſtudio, admirationis,id reddere ſuſpectum, aut po-ſteriorum verendam pietatem & diſcipli-nam cenſorio more ſuggillare cuperemus: (quid enim hoc aliud eſſet, quàm mingere in cineres patrios?) ſed vt ijs, qui nobis plus poſſunt,qualemcunq; ſtimulum adderemus, vt experiri & ipſi aliquid, & ob emolumen-tum publicum litterarum monumentis tra-dere, poſteritatiq; communjcare benignè vellent, memores illius, quod Plato ad Ar-chytam ſcripſiſſe perhibetur: non ſibi ſe ſoli natum homo meminerit,ſed patriæ, ſed ſuis, vt perexigua adeò pars ipſi relinquatur. Si qua fortè lectori anguſtioribus terminata fi-nibus eſſe videbuntur, ea vbi vel ocij plus, vel temporis ſubciſiui nobis ſuppetierit, latiùs exſequemur. Sed ex ipſis illis, quæ dicta, vel ſummatim potiùs perſtricta ſunt, ſatis ſu-perq; conſtare poteſt, quanta vi prouidentiæ, quanto quaſi artificio à ſummo illo rerũ con-

ditore

ditore quiſq; noſtrum factus ſit: quanta amẽtia ſit Epicuri, qui excluſa prouidentia, quantumuis eius in omnib., quæ ſpirant, mirabilẽ ineſſe rationem videat, originem animalium fortuitis atq; turbulentis atomorum, quas appellat, id eſt, corporum quorundã ſolidorũ atq; indiuiduorum, per infinitum & inane huc & illuc volitantium concurſionibus fuerit auſus imputare. Cuius furori in præſentia opponendum duximus clauſulæ loco Hiobi illud: αἱ χεῖρες σου ἔπλασάν με κύριε, καὶ ἐποίησαν. ἢ οὐχ ὥσπερ γάλα με ἤμελξας; ἔπηξας δὲ μὲ ἴσα τυρῷ; δέρμα καὶ κρέας με ἐνέδυσας. ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις με ἐνεῖρας, ζωὴν τε καὶ ἔλεος ἔθου παρ' ἐμοί. ἡ δὲ ἐπισκοπὴ σου ἐφύλαξέ μου τὸ πνεῦμα. Quod verbum è verbo exprimentes ita tranſtulimus: Manus tuæ more figuli formarunt me Domine, atq; architectatæ ſunt. Nonnè vt lac me mulſiſti, & tanquam caſeum coagulaſti? Induiſti me pelle & carnibus, deq; oſsibus & neruis compegiſti. Vitam mihi pro immenſa tua miſericordia largitus es, atq; etiamnùm procuratione aſsidua ſpiritum mihi tueris meum. Prodeat Apelles aliquis, qui tàm penicillo

exprimat fabricam hominis, quam suis coloribus semel hîc ob oculos est posita. Hoc igitur lucubrationis labore quantulocunq; nobis ipsi abundè satisfecisse arbitrabimur, & officium ritè implesse nostrum, si aliquid saltem vtilitatis inde ad tyrones redierit: de quo existimatio sua cuiq; sit, & vt libitum ei fuerit, opinetur.

Εὔχου καὶ πόνει.

Menda sic corrigantur.

Legatur folio 9. dextræ & læuæ. fol. 11. σύστασιν. 38. thoracis interiora. Ibidem : interuentu. Ibid. diffissæ. 62. videatur 63. Iecur vegetationis organum 103. μαστοειδὴς. πόρος &c. 109. duobus tribusuè. Ibid. per lubrica. 114. 115. ob muneris infamiam.

VITÆBERGÆ
Excudebant Hære-
des Iohannis Cra-
tonis.
Anno M. D. LXXXV.